
BIU Cujas

10,314

Vocabularius Juris

1292

BIU Cujas

BIU Cujas

Quoniã iuri operam daturũ prius nosse oportet: vnde nomen iuris descendat. ff. de iust. & iur. l. i. i pn. Etiã vt ait pbus primo ethicoꝝ: qui virtutes vocabulorum ignorant de facili paralogizant. idest. decipiũt. Nisi enim nomẽ rei sciens cognitio rerũ perit: scõm Jsi. Turpe etiam videtur patricio & nobili viro & causas perorãtibus in quo versat ignorare. ff. de or. iur. l. ij. §. mucij auditores. Nisi nam cum dixissem. & de here. cuꝫ ex nunccio. xxxviij. di. sedulo. Ex quibus oĩbus habetur q̃ nemo debet ignorare scientiã in qua versat. Quod attendens legislator vulpian⁹ dicit. Nec ne est prudẽtiꝫ ad verborꝝ interpretationẽ peruenias pauca de ipsius significatõe tituli referre. ff. si cer. pe. l. i. Jdcirco quorũdã terminorꝝ q̃ in iure vtroq; maxime frequẽtant necessariũ fore duxi descriptiones & significationes clarius exponere taꝫ in summis azo. & gof. q̃ alibinde collectoꝝ propter iuuenes maxime iuris vtriusq; alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine vt eo melius memorie cõmendẽtur. & tanto citius iuuenant perstrugẽdo. etiã cum allegationibus in locis suis vt in iure modicum perfecti per ignota minime pcedentes. His cognitis principijs & terminorꝝ significationibus accessium facilioꝛẽ habeãt ad vtriusq; iuris noticiã: quia omniũ habere memoriã & in nullo penitus errare potius est diuinitatis q̃ humanitatis. C. de ve. iure. enuc. l. ij. §. siquid aũt. Nisi. quia omniũ. Et not. beri. de rescrip. c. cũ adeo. in glo. i. de cõfir. vti. vel inuti. ca. pozrecta. in glo. ij. Et si lectoꝛ aliq̃ vocabula occurrerit quoꝝ expositio hic nõ inueniat: de hoc nõ miretur: qz nec omniũ memoria potuit occurrere. Et primo.

A Quando facit sepationẽ & q̃ icludit & q̃ excludit: no. Joan. ð pbẽ. c. statutũ li. vi. & arch de elect. c. i. eõ. lib. Et a & ab in simili no. arch. xxxi. dis. aliter. Et de a in. c. potuit de do. & contu. Et etiam a & ab denotant sepationẽ. C. de nupti. l. a caligato. & ibi per Ly. i glo. iij. l. ordinata. ff. de duo. re. & l. si ex duobus. vbi tex. cũ glo. ff. de act. emp. l. ij. §. fi. Jtẽ a vel ab est dictio significatiua primi termini a quo: sicut dictio vsq; terminũ ad quẽ. Hunc autẽ terminũ a quo significat exclusiue vel inclusiue. de quo bar. in l. patron⁹. ff. de lega. iij. vide a vel ab significat exclusiue dicẽdo in statuto. a pulsu campane de sero nullus vadat per vicos sub pena tali. Nam hoc statutũ intelligit pulsata campana. Jdeo si quis vadat q̃n pulsat nõ incidit in pena: inclusiue significat ibi a pulsu campane. de mane quisq; põt domu exire. quia statuẽs sic videt intellexisse &c. Et vide plenius de istis dictionib⁹ per Jo. de ferra. in sua practica i forma capituli q̃n testes.

pducunt ad eternam rei memoriam.

¶ Abauus est pater proauꝰ vel proaue sicut proauꝰ est pater auꝰ vel aue.

¶ Abauia est mater proauꝰ vel proaue sicut proaua est mater auꝰ vel aue. scõz Jsi. ix. li. ethimo. & plenꝰ. ff. de gra. l. iuris cõsul. §. quarto gradu. & §. tercio gradu.

¶ Abauũculꝰ est frater abauꝰ scõm Jsi.

¶ Abamita est sozoꝛ abauꝰ. ff. de gra. l. prealle. §. auũculus

¶ Abmatertera est sozoꝛ abauꝰ De his terminis vide inst. de gra. §. tercio gradu.

¶ Abnepos ẽ filiꝰ nepotis sicut nepos filiꝰ filij vel filie: scõm Jsi. ix. li. ethi.

¶ Abneptis ẽ filia nepotis vel neptis sicut neptis filij vl filie filia. scõz Jsi. vbi s̃

¶ Abigere est a se expellere vel crumen abigeatus exercere vt sequitur.

¶ Abactoꝛ scõm Jsi. li. x. ethi. est fur iumentoꝝ vel pecudũ quẽ vulgo vocamus abigeũ. Taz abigeus est q̃ crumẽ abigea-

BIU Cujas

tus cōmittit. ꝛ ypzie ille q̄ pecoza alcui⁹ a paſcuis ꝛ armētis ſubducit abigēdi ſtudio. ꝛ hanc artē exercēs vt p alioꝝ ſignū qđ facit ipſa animalia fugiāt ſeparentur ꝛ diſpergātur: ꝛ ea ſic recipiat ſcz cū pāno rubeo vel alias oues quaſdā ad nemora fugādo vt alius accipiat ꝛ dep̄detur. Et eſt abigeatus crimen capitale. C. de abigeis. l. vnica. ꝛ maxim⁹ oꝛatoꝛ apud grecos demoſthenes differentiā ponit inter furē ꝛ abigeū dicēs: q̄ ille q̄ vnā ſolā pecudē ſurripit fur eſt: ꝛ vt fur cohercebit. ſz qui totū gregem ſubtrahit abigeus eſt: et crimine abigeatus tenebitur.

¶ Abinteſtato. id eſt ſine teſtamēto. inſti. de hered. q̄ ab inte. defe. in rubꝛo ꝛ in nigro

¶ Abduci eſt a veritate ſepari. vñ aplus. Nolite abduci doctrinis variis ꝛ extraneis. xi. diſ. nolite. ꝛ ad hebꝛ. c. xiij.

¶ Abolitio. eſt accuſatōis inſtitute peremptio vel abſolutio q̄ q̄s nomen alicui⁹ accuſauit cū oīi inſcriptiōe iam facta in totū abolet remiſſa neceſſitate accuſandi ꝛ hz impetrari a p̄ncipe vel iudice ab illo ſcz q̄ aliquaz accuſationē inſtituerat ꝛ in ea ſe inſcripſerat. talis enī citra infamiaz deſiſtere nō p̄t niſi abſolutionē impetrauerit. Sed q̄n talis impetrat q̄ deſiſtat ꝛ q̄ illud qđ per accuſationē inchoatū erat deleat rite fit. Et eſt duplex abolitio. ſcz generalis ꝛ ſp̄alis. de generali habet. C. de aboli. ge. l. vlti. etiā. ff. de abolu. l. abolitio. Et p hanc exuit reus q̄ nō incidit in turpilianū ſi nō deferat accuſatū. ff. de abol. cri. l. ſi interuenēte. Et ſi infra. xxx. dies poſt abolitionē generalē cauſa propoſita nō p̄t probari ad eam redire non poteſt. C. de abol. ge. l. i.

¶ Aboꝛtiuus eſt puer vel alter fetus āteqū debitū tēpus natus. ꝛ dī ideo ſic q̄ nō oriatur ſz aboꝛiat ꝛ excidatur ſcōm Iſi. li. x. Et mulier q̄ ſic aboꝛtitur dī homicida occaſionaliter. xxxij. q. ij. qđ vero. ꝛ. ca. moyſes ꝛ. lxxxvij. diſ. ſi expoſitus. Et paulus noīat ſe aboꝛtiuū. i. tbi. i. ꝛ. xxiij. d. vi. in p̄ſenti. de ecle. miſ. c. cum marthe. vbi. ſanc. aliasnō eſt homicida q̄ aboꝛtiuū p̄ocreat anteq̄ animā acceꝑit coꝛpoꝛi infuſam vt eſt embꝛio. xxxij. q. ij. c. qđ vo nō formatum. et de homi. c. ſi aliq̄s. nec talis ꝛbit irregularitatē quo ad p̄motionē niſi interfaciat hominē iam animatū. de homi. c. ſicut ex litteraꝝ

¶ Aboꝛſus. reqꝛe. j. ſub lr̄a. b. c. ſi aliq̄s.

¶ Abpatru⁹ eſt frater abaui vel abame.

¶ Abre. id eſt. ſine cauſa vt habet in. l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. ꝛ de iudi. l. cōſentaneum.

¶ Abꝛogare eſt deſtruere vel delere in toto. vnde dī lex abꝛogata q̄n in toto eſt ſublata vel deſtructa. Sed derogatur ei q̄n in parte tollitur vel ei detrahit. ff. de ver. ſig. l. derogare. Et etiā abꝛogare interdū eſt addere aliquid. Et ſeptē de cauſis aliquid abꝛogat: vt no. diſ. iij. §. hoc ꝛ ſi legibus. Primo ꝓtraria ꝓſuetudinē que nota eſt p̄incipi. diſ. iij. leges. ꝛ. ff. de legi. ꝛ ſenatuſ. l. de quibus. Scdo ꝓtraria ꝓſtitutione. diſ. xxxi. ante triennū. Tercio cauſe ceſſatione. diſ. lxi. c. neofitus. Quarto locoꝝ varietate. diſ. xxxi. aliter. Quinto nimio rigoꝛe canonis. xxxij. diſ. fraternitatis. Sexto ſi p̄cab⁹ occaſionē malignandi habeat. xvi. q. i. legi. Septimo p̄opter malū inde ſequēs. diſ. lxij. verū Sz an abꝛogata lex poſſit allegari. vide glo. verſi. quicūq̄. c. nouit. de iudi. Et qualiter populus poſſit abꝛogare canonē quē condere nō p̄t. Solutio per expreſſum conſenſum pape de p̄ben. c. cū iam dudū. vel dicitur ꝓſuetudo rationalis ꝛ p̄ſcripta etiā tollit. de ꝓſuetud. c. fi. etiā ſine ſcietia p̄ncipis. quia difficile eſſet eū oīes ꝓſuetudines ſcire. vt in glo. verſi. abꝛogare. ca. iuſtis. diſ. iij.

¶ Abſentia eſt q̄ntuplex ꝛ q̄n q̄s obtētu abſentiaꝝ in integrū reſtituat. vide glo. l. fi. ff. de in integ. reſti. Itē abſentiaꝝ alia neceſſaria. alia p̄babilis. alia honeſta ſiue voluntaria. Neceſſaria vt cauſa reipublice vel de mandato p̄ncipis p̄ficiſcen ſubuenit per integrū reſtitutionē. ff. ex qui.

BIU Cujas

cau.ma.l.i.ꝛ.l.necnō. Absentia,pbabilis vt causa studioꝝ vel mercature:vel voluntaria vl̄ peregrinationis si ꝓcuratorē nō dimisit absens nō ita facile subuenitur ei. vt.l.necnon ꝓcall. Sed absens ꝓtumaciter non auditur. vt.C.quo ap.nō rec.l.i.

¶ Absens,pprie dī qui est extra,puncta. vt.C. de bon.au.iudi. possi.l.fi.§.vlti. Tñ qñq; accipit ꝓ eo qui pñs nō est eo loco vbi petit.ff.de ver.sig.l.absentē. Unde absens multis capit modis. Primo ille dicitur absens q̄ aliū audire ꝛ intelligere non pōt:sic capit ibi cū dī.stipulatio nō pōt fieri inter absentes.instī.de inutī.stipu.§.itē verboꝝ. Secō absens dī q̄ nō est in cadez puncta vt.C.de long.temp.l.fi. Tercio absens dī vt hic sequitur.testiū,ꝓductio nō pōt fieri pte absente si velit adesse. Et sic dī absens q̄ nō videt,ꝓducere vel iurare testes. vt.l.si qñ.C.de testi. Quarto absens est q̄ nō est in domo:seu respectu cui? nūciandū est nouū opus.ff.de no.op.nūc.l.de pupillo.§.siq̄s. Quīto dī ille absens q̄ faciliter nō pōt ꝓuenīri.vt qz pñte ꝑncipali fideiussoꝛ nō pōt ꝓuenīri.ꝛ ita absente pōt ꝓuenīri. C.ō fideiuss.ꝛ mā.auct.pñte. Sic etiā accipit in.l.pñs.ff.ō ꝓcur.vbi dī pñs ē q̄ in ortis est.i.q̄ faciliter pōt ꝓuenīri. Sexto absens dī q̄ ad lucrādas distributōes materiales ꝑsentiaꝝ abest scz q̄ nō est in choꝛo hoꝛa determinata.ꝛ ita licz sit in ecclesia tñ extra choꝝ in certis hoꝛis dī absens.

¶ Absolutio dī a reuocatōe: naz absolutio fit a sentētia excoīcationis.suspēsiōis vl̄ interdicti iuxta formā eccl̄ie cū baculo dicēdo psalmū. Miserere.ꝛ Deꝛofūdis ꝛ fit cū solēnitate. Sed reuocatio est sententia ꝛbalis sine solēnitate. Etiā absolutio fit si excoīcatio tenuit ꝛ si nō tenuit fit reuocatio. Itē absolutio reddit qd excoīcatio intulit ꝓterq̄ fruct? quos excōicat? iuste pdidit:qz p absolutionē tales nō recupat.vt in auct.vt cū.de ap.cog.§.generalē. ꝛsi.si ꝛo post.coll.viij. Et absolutio ex falsa cā sup nota ipetrata nō tenet ꝛ est nulla.vt no.in ca.qd sup his.de fi.instru. Sed licz excoīcatio lata sit ex fal a cā tñ bñ tenet.xi.q.iij.c.i.ꝛ ō offi.ord. ex pte in glo. Et an pecūa possit peti vl̄ dari,p absolutione de ſimo.ad aures.c. dilectus.ꝛ i.q.nullus epiſcopus.

¶ Absq; est ꝓuatiuū.vt in.l.mu?.C.de acq̄.pos.ꝛ qñ pomt excluſiue.ꝛ oñ incluſiue noīat arcb.de,pcura.q̄ generalr.li.vi.

De Ac

¶ Acceptilatio est liberatio p mutuā interrogationē q̄ vtriſq; ꝓtingit ab eo nexu absolutio.i.diſſolutio.ff.eo.ti.l. pluribus ꝛ.l.i. Unde acceptifero acceptitulo acceptitulatū.verbū cōpositū a quo venit acceptilatio:ꝛ est imaginaria solutio que simulat debitoꝛē suū sibi soluiſſe qd̄ nō solut idq; facit anīo remittēdi: qz illa ꝛba dicēdo q̄cq̄d tibi p stipulationē,promiſi:vel ex stipulatu debui.habes ne acceptū ꝛ tu rñdeas.habeo.acceptūq; fero.q̄si dicas. ꝓinde bēo ac si accepiſſem a te p verā ſolutionē. Et sic sicut vera solutione liberatus esſes:ita hac acceptilatiōe liberaris: vt.C.eo.ti.l.i.in glo.i. Item acceptilatio inutilis dicitur ratione acceptationis:vt tractatur.ff.eo.ti.l.an inutilis.in glo.i.

¶ Accesſio dī aliquid adiacēs alteri:vel oñe id qd̄ est accesſoꝛiū ꝛ necessariū in ꝑncipali vt capiſtrū equo vel veſtis ſeruo.vt ff.depoſi.l.i.§.q̄ in depoſitis. Si cui ſeruū emeris:ꝛ veſtē in q̄ tradit acq̄ris:ꝛ si de ea mēto nō sit facta. Et accesſiones cuiles vt vſure nō veniūt in ꝓtractū ſtricti iuris:etiā post lit.ꝓtes.C. de ꝓdi.inde.l.i.in glo.ꝛ.ff.de vſur.l.moꝛa.in glo.verſi.difficilis.ꝛ in.c.venerabiles de excep.

¶ Accesſoꝛiū.idē est qd̄ accesſio:ꝛ sequit natura sui ꝑncipalis.instī.de re.diu.§.q̄ si parti.ff.si q̄s cau.l.si cū.§.q̄ inuriaꝝ.ꝛ in regula accesſoꝛiū.de reg.iur.li.vi. ꝛ q̄ accesſoꝛiū venit officio iudicis mercenario.tunc sublato ꝑncipali tollitur ꝛ accesſoꝛiū.C.depo.l.uij. Secus q̄ accesſoꝛiū venit officio iudicis nobili ff.de ꝓdi.inde. l.fi.§.luci?.in glo. alias regulariter nō tenet accesſoꝛiū.vbi nō tenet ꝑncipale.cum

BIU Cujas

saltem non accedat principali: vt in. c. si diligenti. de fo. compe. Fallit tñ in casibus. Primo in. c. debitores. de iureiur. vbi accessoriū scilz iuramentū de soluendis vsuris factū tenet p̄ncipali tñ. scz obligatione debitoris ad vsuras sublato qz ad vsuras soluēdas nulla ē obligatō de iure canoico ⁊ ciuili. ⁊ tamē iuramentū factū de his soluendis est seruandū. Sed regulare ꝯtrarium intelligitur quādo accessoriū ⁊ principale regulatur eadem ratione: eodē tpe nō mutato respectu persone. Sed illa non seruātur in promissione ⁊ iuramēto: quia ꝓmissio fit parti: sed iuramētū deo. ⁊ dixit Lodo. de Roma se ꝯsuluisse ꝙ accessoriuz etiā preciosi⁹ p̄ncipali sibi tñ accedit. ff. de aur. ⁊ argē. leg. l. ⁊ si nō sicut. §. ꝑueniam⁹ ⁊. l. cum aurū. ꝟsi. fi. eo. ti. Et facit ad questionem. Si lego mulieri vestes quas sibi feci. ꝙ etiā in legato veniūt ornamēta aurea vel argentea vestium.

¶ Acor ⁊ mucor: sunt vicia vini ⁊ panis quando accesit ⁊ mucessit.

¶ Actus est q̄daz seruitus qua is cui ea debet hz ius ꝙ pōt ꝑ fundū i quo sibi hec seruit⁹ debet ducere iumētū vel vehiculū suū scz vt nō solū possit ambulare ꝑ se sed etiā iumētū ⁊ quadrigā secū ducere. ff. de ser. rus. p̄di. l. i. ꝟsi. act⁹. ⁊. l. inter act. ⁊ insti. eo. ti. §. actus. Aliter capit actus pro operatiōe dū dr. Act⁹ actiuoꝝ sunt in patiēte p̄disposito. scdo de anīa. ⁊. i. q. i. per Isaia. ff. si quad. pau. fe. dic. l. i. §. cū arietes. ⁊. ff. ad. l. acq̄l. l. si ex plagijs. §. tabernari⁹. de pe. dis. i. qz dīnitatj. ⁊. c. medicīa.

¶ Acta dicunt publice scripture negociorꝝ q̄ in iudicio agūtur: ordinē eoꝝ modū ⁊ figurā ꝯtinētes. Vel etiā sūt ꝓcessus siue gesta curie. ⁊ sūt coīa. C. de iudi. l. vlti. ff. de re iudi. l. actoꝝ verba. ⁊. l. paulus. q̄ ꝑdita p̄nt ꝓbari ꝑ testes. C. de fi. instru. l. emancipatiōe. nec valent nisi testiū amminiculo fulciantur. c. cū a nobis. de testi. debēt ergo scribi ꝑ ꝑsonā publicā. aut duos viros idoneos. c. qm̄ ꝯtra. de ꝓba. vbi acta originalia debēt remanere apud scriptores. ⁊ q̄ ea temere violauerit non pōt postmodū ea i pugnare. c. cū olim de offi. dele. Sūt aūt acta triplicia. ff. iudi. sol. l. ij. nā. Quedā sunt acta iudicij ordinatiua q̄ valēt ad ordinationē iudicij: vt est libelli oblatio lit. cōt. Quedā valēt ad veritatis indagationē: ⁊ dicūtur indagatiua veritatis ⁊ depositio testiū: editio instrumētoꝝ: ⁊ ꝯfessio partiū. Et quedā litis decisiua q̄ valēt ad decisionē cause. De his dicit Ja. de are. in. d. l. ij. ff. iudica. sol. Et acta a iudice p̄sumūtur oīa rite celebrata: de elec. bone. i. de renūc. c. in p̄ntia. Item acta facta corā sacerdote in foro penitētiali faciūt fidē corā iudice seculari vt in auctē. hoc ius porrectū. C de epis. ⁊ cle. Et in. l. si q̄s in hoc gen⁹. C. eo. ti. Et acta q̄ debēt fieri corā iudice: si fiant corā notario nō valēt: vt no. in glo. l. fi. C. de lib. cā. ⁊ glo. in. l. hac cōsultissima. C. de test. Itē acta etiā qñqz dicim⁹ locū in quo residet iudex instruct⁹ de cā cognoscēs: vbi acta detegūt: vt q̄libet factū suū audiat seu videat: ⁊ suū ꝯseq̄t meritū: q̄ loc⁹ alr etiā ius appellat. ff. d iusti. ⁊ iur. l. pe. §. fi

¶ Actor est q̄ agit ⁊ pulsat aliū: rem aliquā ab ipso petes in iudicio. ff. de iudi. l. in tribus. ff. fi. regun. l. iudicium. Nam in cōib⁹ iudicijs q̄ritur q̄s auctor sit. Est ergo ille qui suo nomīe agit vel q̄ ꝯstituitur ad agēdū vel defendendū cas vniuersitatis vel alteri⁹. ff. ꝙ cuiusqz vniuersi. l. itē ꝟboꝝ. §. decuriōes Vl dr cui ꝯstituit a tutore vel curatore ante lit. ꝯtes. C. de ꝓcur. l. neqz tutores. C. de act. ⁊ tuto. ⁊ cura. dan. in rubr. ⁊ nigr. Et ē regulare ꝙ actore nō ꝓbāte reus absoluit: in. l. q̄ accusar. C. de eden. vbi dicit tex. Actore enī non ꝓbate q̄ ꝯuenit. ⁊ si nichil ipse p̄stiterit obtineat: glo. accur. i. absoluat. vi. q. vlt. actor vt eccle. bñfi. vt nr̄m. ⁊. C. de ꝓba. l. actor. Fallit enī hoc i casibus admin⁹ q̄ndecim: quib⁹ actore nō ꝓbāte re⁹ nō absoluitur. Hos casus vide in glo. p̄all. c. vt nostrū. ⁊ actor seq̄dz foꝝ rei. c. si clericus. ⁊. c. cū sit generale de foro competenti.

BIU Cujas

¶ Actio significat tripliciter: stricte: late ⁊ latissime. Stricte significat ius ꝓsequẽdi: qđ ortur ex oblig. atõe. Late significat dũ significat iurisdictionẽ iudicẽ: ⁊ ita nedũ significat ꝓsonales ꝫ etiã reales actiones: Latissime cũ etiã significat officiũ iudicis: ⁊ hoc modo q̃rela in offi. testa. dr̃ actio. ff. de lega. 1. l. cũ filius. in ꝑn. facit. l. actionis verbo. de verb. sig. ff. ⁊ l. actiõis ꝯbo. de act. ⁊ ob. Et hoc verbũ actio significat bñ sil'us ⁊ factũ: nec est inõuenies

¶ Actio ergo significat officiũ. i. ius ꝓsequendi liz officiũ sit factũ. Et ponat dr̃a inẽ iurisdictionẽ ⁊ officiũ. Est enĩ actio ius ꝓsequẽdi in iudicio qđ sibi debet: insti. de act. in ꝑn. Et addunt quidã. qđ suũ est vel alienũ: ita vt illa diffinitio includat oñez actionẽ tam in rem q̃ in ꝓsonã: sed illa diffinitio ꝑmissa solũ cõprehendit actionẽ ꝓsonalẽ: illud autẽ qđ tuũ est tibi debet. Si vero qđ nõ tuũ est ⁊ quicquid ẽ in iudicio debz includi diuersimode quo petit ⁊ cõcludit in actione realꝰ ⁊ ꝓsonali: qz in ꝓsonali petꝰ mihi debitũ. In realꝰ ꝯo actione petꝰ aliquid vt meũ. quare hoc verbuz actio sumit aliter ⁊ aliter: vt premissũ est.

¶ Et nota q̃ ꝫ verbũ debet q̃nq; largissime sumit: vt cũ dr̃: q̃cq̃d in iudicio tibi debet. i. res quã petis. vt rẽ tuã siue rei vẽdicatõe actõe cõmodati siue depositi scdz Azo. in sum. ti. de edcn. circa ꝓncipiũ. Olim dicebatur actio ꝓceptio ꝯbor formata a magistratib'. l. ij. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. vnde dicebat formula vulgaris. ff. de fur. l. si seruus nauem. Hodie autẽ fit sine impetratione ⁊ ꝓceptione verboꝝ solemnium. C. de formu. ⁊ impe. acti. subla. p totũ Nec hodie est aliq̃ differẽtia inter interdicta ⁊ actiones cuz interdictũ nichil aliud sit q̃ actio ꝓtoria. Dicitur ergo actio ius cuiusle vel ꝓsequendi quo debitũ a te exigere possum vel petere rem mihi restitui: scdz Azo. ⁊ Hos. de iudi. dilecti. ⁊ est actio in iure cuiuli. instit. de iur. na. gen. ⁊ ci. §. ius aũt. Et scdm canones actio dr̃ cã. c. forus de ver. sig. Et scdm leges actio dr̃ poni in causa: quia nemo sine actione expitur. ff. de neg. ges. si pupilli. i fi. ⁊ c. examinata. de iudi. phibẽtur tñ attenti' minus subtiles actionũ intẽtiones. vt i. c. dilecti. de iudi.

¶ Actionũ vero quedã sunt in rem ⁊ quedam in personam. Actio in rem dicit' vendicatio rei q̃ scz dicit aliquis rem de qua agitur suã: ⁊ aduersarius dicit eam suam. Quãdo ergo petis rem aliquã vt tuaz rei vendicationẽ: tunc agis actione in rem. Actione vero in personã petis ab aduersario aliquid tibi dari vel fieri. Itẽ actiones quedã bone fidei dicũtur. quedã stricti iuris. Actiões bonefidei dicũtur: non ideo qz in eis dz seruari bona fides: quia etiã bona fides seruatur in actionib' stricti iuris: sed dicũtur bonefidei ideo: quia maxime eruberare dz bona fides inter cõtrahentes in eis. Et vltra id etiã veniunt oia accessoria: ⁊ ea de quib' michil est excogitatũ: vt in actõe emp. vl' ptractu vẽdi. Venit etiã id qđ exp̃sse nõ est actũ: videlz a tpe more q̃ alteri non reddit illud ad qđ tenet de natura ꝯractus. veniũt dãna ⁊ interesse: q̃ debet restitui. ⁊ sic in eis multũ exuberat officiũ iudicis pugnã' q̃ in actione stricti iuris. Sunt aut actiões bonefidei xvij. q̃ cumerãtur instit. de acti. §. actionũ ⁊ ponũtur in glo. de excep. c. cũ venerabil' ⁊ ptinent in his ꝯsib'. Empti: ꝯducti: mãdati: depositiq;. Pignoratitia: cisciide: cõmunĩ p socioq;: Dotis. ⁊ hereditib': tutele: cõmoda gestor: Prescpt' ꝯbis: cũ extimat: atq; pmutat. Iste bonefidei sunt: stricti autem iuris. Alie ꝯo dicũt actiões stricti iuris vt actio ex mutuo: ex stipulatu: ex arbitrio ⁊ ꝓsiles. Et in istis nõ venit accessoriũ: nec ea de qb' nõ est cogitatũ: vt no. bar. in glo. pal. Nec in is a tpe more q̃ alteri nõ reddit illud ad qđ tenet ꝺ natura ꝯct'. veniũt dãna ⁊ interesse q̃ dicunt restitui. Itẽ actionũ realiũ alie ꝓpetũt p reb' corporeis. ⁊ sic hz locũ reivẽdicatio. alie p incorpalib' ⁊ pro seruitutib' acquirẽdis seruiendi ⁊ defendẽdi ⁊ sic competũt due actões quarũ vna vocatur ꝓfessoria alia negatoria.

BIU Cujas

¶ Item nota q̄ actiones p̄sonales vsq̄ metas.xxx.annoꝝ extendūtur.vt.C. de cōsti.pecu.l.ij.ꝛ ibi nota tex.q̄ possibile est om̄es res in pecuniā ꝯuerti. C.de p̄scrip. xxx.an.l.sicut in rem. Reales autē vsq̄ ad metas.xl.annoꝝ.vt.C.de ven.pig.l.i.ꝛ in glo.de vtroq̄ casu. Est ergo vt clarius dicat̄ actio realis q̄ obligatū eū ꝯtra quē dirigit̄ nō supponit. Sed ideo cōpetit:quia quis ꝯtēdit restituere ꝯtra quā talis actō dirigit̄.ꝟbi gr̄a. Intrasti domū meā violenter:ego peto possessionē meā quā occupas:tu nullo iure michi obligatus es. Nec aliquid michi ꝓmisisti nec tecū ꝯtraxi sed tm̄ te ꝯuenio:q̄ res mea apud te est. Sed p̄sonalis actio presupponit debitorem ꝯtra quē dirigit̄ obligatū ex ꝯtractu vel maleficio seu ex varijs causarū figur] Et ista datur etiaꝫ ad rem:sed p̄supponit obligationē p̄sone:vt vendidisti michi librū vel locasti domū:tu michi obligaris ex ꝯtractu:licꝫ agam ad rem. scꝫ librū vel domum.

¶ Actio ad exhibendū datur ꝯtra possessorem vel aduersus eū qui dolo malo possidet:vt rem exhibeat.i. in publicū deducat:vt fiat aduersario copia vendicandi. scd̄m azo.in sum. ti.ad exhiben. in princi. Naꝫ exhibere est rem in publicū deducere ꝛ videndi tangēdiq̄ cōprehēdendi rei facultatē prebere ꝛ ostēdere: vt aduersari⁹ copiā habeat rem suā esse ꝯtēdendi:vt cū q̄s dicit;hec res est mea:q̄ tacta seu visa ab eo sibi sua videt̄.vt.ff. ad exhibendū.l. ij.cū ibi no. Et si erat instrumentū res ip̄a exhibēda dꝫ fieri facultas legēdi ꝛ etiam trāscribēdi.ff.quēad.testa.api.l.i.ꝛ.iij.§. stipulari Et sic exhibere dr̄ ꝓprie q̄si extra secretū h̄re. Et scd̄m Place.quasi extra se habere sicut redhibere quasi retro h̄re dr̄. ff.de edil.edic.l. redhibere. in p̄ncipio.

¶ Actio arboꝝ furti cesaꝝ hꝫ ꝯdenationem aduersum eū qui arbores furtim cedit inscio ꝛ inuito dn̄o. Et cōpetit contra ipsuꝫ damnū dantē ad duplū damni dati in quo casu etiam cōpetit huic actio legis acquilie:ita tm̄ vt deducere possit a ꝯdemnatione q̄ actor ꝯsecut⁹ est altera actiōe. vt.ff.arboꝝ furtim cesa.l.i. Et appellatione arboꝝ etiā vites ꝯtinent̄. ff.de arbo.ceden.l.i.§.arboris. Itē ꝯtinētur edera que improprie dr̄ arbor ex interp̄tatione ꝛ plerūq̄ arborib⁹ heret.ff.arbo.furtim cesaꝝ. l.vitē.ꝛ in glo. Etiā ꝛ arundo nō male dicet̄ arbor: ꝛ idem de salicto q̄n iam radices immisit.vt eadem.l.vitem.iūcta glo.

¶ Actio caluisiana est per quā reuocātur ea que in fraudem creditorē patroni libertus alienauit:vbi etiā locū hꝫ actio fauiana.ff.de iure patrona.l.si liberat⁹ scd̄ꝫ pla.

¶ Actio fauiana ꝛ pauliana sic dicta sūt ab autoribus ꝛ earū inuētorib⁹.et hn̄t locū q̄n debitor in fraudē creditoris alienauit ea que alienata fuerūt creditori:vt reuocet̄ ipsa alienatio. Datur etiā actio fauiana patrono ad reuocādū alienata p libertū vel per debitores in fraudē patroni vel creditoris in q̄ veniūt fruct⁹ etiā post lit.ꝯtes.p̄cepti:vt no. ff.si q̄d ī frau.patro. l.ij.ꝛ ibi p totū. Sed pauliana datur proprie creditori ad reuocāda alienata ī fraudem p debitorē.de qua.ff. q̄ in frau.credi. l.i.§.fi.ꝛ.l.hoc factū.in q̄ etiā veniūt fructus.vt eo.ti.l.p̄tor ait.§.hāc.ꝛ.§.p̄terea. q̄d intellige iuxta.l.fi.§.nō solū.eo.ti.de q̄bus ambab⁹.ff. de vsuca.l.videam⁹.§.in fauiana.ꝛ insti.de actio.ite siq̄s ī fraudē.

¶ Actiōes ciuiles q̄ sint ꝛ quot.req̄re in spe.ti.de actio.ꝛ excep.ꝓponē.§. postrēo. Et nota q̄ q̄nq̄ distinguit̄ actio ciuilis ꝯ criminalē.ꝛ tūc idē est q̄d actio intētata p aliquo interesse. Q̄nq̄ distinguitur ꝯtra pretoriā:tunc idem est q̄d actio saffiria directa in re. Pretoria aūt dr̄ que datur officio iudicis:vt infra actiones pretorie.

¶ Actio cōmodati est triplex.scꝫ directa. vtilis ꝛ ꝯtraria. Unde directa cōpetit ei qui rem aliquā cōmodauit ꝯtra cōmodatariū ad repetendū ipsam rem vt ei res ꝛ ei⁹ accessiones restituātur facto ꝛ expleto vsu ꝓpter quē cōmodata est.ff.cōmoda.l.i scd̄m Pla. Actio cōmodati ctraria ei com

petit qui cõmodatũ accepit in eum qui cõ
modauit: ⁊ impensas in re cõmodata fa
ctas veluti si egrum' seruũ curauit qõ no
mine cibariorꝫ impendit nõ repetit. ff. cõ
mo. l. in rebus. §. possum. cum. §. sequenti
Actio cõmodati vtilis scõm ꝓla. cõpetit
vbi nõ est vere cõmodatũ sed interꝑtatiue
vt si amicus ex ꝓfidentia rem amici ex pro
pria auctoritate accepit. Et pone melꝰ exẽ
plũ p. l. i. §. fi. cũ. l. ij. ⁊. iij. in ꝓn. ff. cõmo.

¶ Actio cõfessoria est q̃ cõpetit ei: qui di
cit se habere ius vl̃ seruitutẽ per fũdũ viaꝫ
eundi vel agendi vl̃ altius edes' suas leuã
di vel quẽ cũqꝫ aliaꝫ seruitutẽ in re ipsius
etiam inuito eo: hec autem actio in rem di
citur vel realis: qz rem tuã corpalez. s. ius
eũdi per fũdum petis quãus ipsa seruit?
sit incorporalis: vt. ff. si serui. vendi. l. ij. in
ꝓn. Et dicitur ꝓfessoria: quia verbis affir
matiuis constituitur. ⁊ eis ꝓtraria ꝗbis
negatiuis ꝓponit: que dicitur actio nega
toria scõm ꝓla. ff. si serui. vendi. l. si qñqꝫ
§. cũ in domo. ⁊ ibi no. Vnde actio nega
toria cõpetit ei q̃ dicit aliquẽ non hꝫe ius
vel seruitutẽ ad aliq̃d qõ facere volebat al
ter ⁊ ipm p hãc actionẽ ꝓhibet: vt qñ dñs
fundi intẽdat aduersus te solutũ ire p fun
duz suũ dicẽs. Non est tibi ius ire p fundũ
meũ: ⁊ hec actio silr in rem dr. qz dñs fũdi
vẽdicat libertatẽ dũ ipam intẽdit verbis
negatiuis: dicẽs q̃ alter nõ hꝫ ius eũdi vl̃
agendi p fundũ suũ nec altꝰ edificãdi edes
ne luminibꝰ suis noceat: ⁊ sic p hanc dñs
fundi ad hoc agit vt fundus suus declare
tur liber: ⁊ alter desistat ⁊ ꝓhibeat ne eiꝫ
de cetero inꝺetat. ff. si ser. ven. l. ij. ⁊. l. loci
corpus. §. cõpetit. ⁊ insti. de acti. §. ecõtra
Et actio nõ cõpetit de dño: sed de iure ꝓ
dioꝝ sicut ⁊ ꝓfessoria. vt in pall'. l. ij. in ꝓn.
Et licꝫ scõꝫ ꝓla. dicat̃ ideo negatoria qz
ꝗbis negatiuis intẽtatur. Tñ ꝓtrariũ no.
in. l. ij. ⁊. §. econtra. ẽ. alleg. Nam quelibet
earꝫ. scz actio ꝓfessoria ⁊ negatoria põt da
ri per ꝗba affirmatiua: ⁊ etiã p negatiua.
Non ergo sumunt differentiã p formã ver
boꝝ: sed differũt rõne materie. vnde breui
ter ꝓcludendo siue per affirmationẽ sine' p
negationẽ dentur: tñ in hoc differũt qz cõ
fessoria datur ad tuendã sibi seruitutẽ de
bitam ⁊ negatoria datur ad tuendã sibi li
bertatẽ suam. Et notãt doct. exẽpla in qui
bus ꝓfessoria intẽtantur ꝗbis negatiuis
⁊ negatoria ꝗbis affirmatiuis in. c. cũ ec
clesia sutrina. de eau. pos. ⁊ ppꝛie. vbi bo
na glo. de his. ⁊ de iudi. in. c. examinata. ⁊
in dicta. l. ij. ff. si serui. vendi.

¶ Actio cõmunidiuidendo inter eos datꝫ
qui sine societate: nec ex cã hereditaria ali
quid cõmune hñt vt id diuidat̃ scõꝫ ꝓla.
⁊ Azo. hꝫ ergo locũ ⁊ hec actio inter eos
ad quos res aliq̃ cõmunis ptinet nõ p so
cietatẽ nec p hereditatẽ ad hoc q̃ res illa
diuidatur. Itẽ si ex ꝓtractu societatis res
illa sit cõmunis habet locum hec actio. ff.
cõmo. l. i. Et de ista actione. ff. de iudi. l. in
tribus.

¶ Actio ꝓducti competit ei q̃ ꝓdurit a lo
cante vel locatore fundũ vel prædium vel
domũ: ⁊ cõpetit ei: ad hoc q̃ liceat sibi in
habitare vel in vsu hꝫe rem ꝓductã etiam
competit ꝓtra locatorẽ si aliquas expen
sas vtiles vel necessarias ibi fecerat

¶ Actio directa est q̃ aliq̃d directe petit̃
i ius: vt ex cõmodato vl̃ depositio. ⁊ hmõi.

¶ Actio vtilis est q̃ datur non ex iure ali
quo directo sed vtiliter ⁊ ex equitate cõpe
tit: vt in publiciana: ⁊ hmõi scõm ꝓla. et
Azo. De ista actione vtili habetur ⁊ nota
tur. ff. de neg. ges. l. actio. ⁊. ff. si q̃dru. pau
pe. di. l. penl'. Et nota q̃ actio directa ⁊ vti
lis eiusdẽ sunt effectus: vt in. l. actio p̃alle.
⁊ in. l. differũt. licꝫ scõm quosdã differant:
vt no. in. l. ex legato. C. de legi. ⁊ plene per
Ly. l. i. C. de act. ⁊ obl. vnde directa datur
scõm verba ⁊ mentẽ: ⁊ interdictũ vnde vi
directũ datur tñ ꝓtra spoliantẽ vel man
dantẽ seu ratam habentẽ spoliationẽ suo
noĩe factã: qz verba ⁊ intentio p̃toris hoc
volunt in hoc interdicto: sed idem interdi
ctum vtile datur ex mente tñ de equitate
quadã nõ virtute verboꝝ. Datur etiã con
tra eiꝫ qui alias ex iusta causa rẽ possidet

BIU Cujas

nō tñ ꝑ dictis tribus modis. ſꝫ forte poſſeſſionem vacuā intrauit vel rez in domo ſua manere credēs eſſe ſuā: de quo in. c. cuz ad ſedem de reſti. ſpo. Et dicit angelus q̄ habens uas vtile et intentans directū male libellat. et quando in principio detecta fuit ineptitudo ſuccumbere debet.

¶ Actio depoſiti ē duplex. ſ. directa⁊ contraria. actio depoſiti directa competit depoſitori ad repetendū depoſitū⁊ acceſſiones eius et cōpetit in ſimplū niſi forte res ſint icēdio ruina naufragio depoſite. Hoc enim caſu qui depoſitū ſic recepit ſi negauerit: et inficietur: et de hoc cōuincatur in duplo ꝓdēnabit. hec ꝓbant. ff. ōpoſiti. l. i. §. ait prētor. Sed actio depoſiti contraria cōpetit ei penes quem res depoſita eſt ad petendū impēſas ſi quas circa rē ipēderit et illas repetit vel damnum datum per ſeruum depoſitum ſcōm Pla. De illa cōtraria actione habet. ff. depoſi. l. apud. in pn. ⁊. l. actione.

¶ Actio de dolo competit michi quando damnū dolo malo a cuius eſt michi datuz vel ſi quis aduerſus me verſetur doloſe cōſulendo vel malicioſe negocia mea adminiſtrando nec ſupereſt aliqua alia actio q̄ poſſiuz experiri. ff. de dolo. l. i. §. verba. ſed non datur niſi duos aureos excedat. Hec autem non datur liberis cōtra patres: rō: qz odioſa eſt et in ea ꝓdemnatus infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos ſed loco eius datur actio in factū verbis ſic temperandis in cōditione libelli in qua nulla eſt faciendā mentio doli hec ꝓbantur. ff. de dolo. l. ſi olcum. §. fi. cum. l. ſequenti.

¶ Actio de dolo et furto eorum qui in miniſterio cauponum ſtabulariorum vel nauez exercēt datur aduerſus ſtabulario⁊ nautas qui q̄ officio maloꝝ hoīm vtuntur in duplo ſeu in duplū tenentur: quo dolo vel furtū cōmiſſū eſt i his reb⁹ q̄s ſaluas fore recepeꝛ. ff. ſi. aduer. nau. cau. ſtabu. l. i. ⁊ infra actio in actum.

¶ Actio de conſtituta pecunia cōpetit aduerſus eum qui ſine ſtipulatione cōſtituit pro ſe vel pro alio ſoluere. C. de ꝓſtitu. pecu. l. ij. nam omnia conſtituere eſt debitorem ſe facere ſecundum Placen.

¶ Actio in rē verſo dat aduerſus dñm vel patrē ſi ſeruus vel filiꝰ pecuniaz in rē ꝑtis vel dñi ipēdit quā mutuo accepit. ff. ō in rē ver. l. i. in princi.

¶ Actio ō tigno iūcto dat ei cuius tignū alieno edificio iniunctū eſt ab eo qui eſtimabat ſuū tignū eſſe. Si vero ſciens alienum id doloſe fecerit id tenet de tigno immiſſo et furti: et actione ad exhibendū: non q̄ tignum cogatur eximere. ſed q̄ interſit preſtare. Et hec ꝓbantur. ff. de tig. iunum. l. i. ⁊. ff. de. rei vendicatio. l. in rem. §. i. cum ibi not.

¶ Actio de rebus eccleſiaſticis venditis cuſtodibus earū datur aduerſus eos qui ſacras res emerunt circa formā nulla eis actione relicta cōtra ſacroſanctas eccleſias de precio quod dederunt repetendo. hec autem actio datur in factum cum res in aliam rem eſt mutata: vt ex phiola factus eſt ſciphus. Si vero in forma ſua ſit rei vendicatio locuz habet ſi alienetur qō ex lege datur.

¶ Actio de pauperie ꝓpetit aduerſus eū cuius aīal damnū dedit contra naturā ſui gñeris verbi gratia. vt ſi equus nō ex loci anguſtia vel nō inſtigatus calce percutiat vel bos cornu petat ex naturali feritate. Secus tamen ſi inſtigatus vel ex loci anguſtia dānū dederit in huiuſmodi actionis ꝓdēnatione venit dāni reſarcio aut. i ſolutō evenit ex. l. xij. ta. noxe deditoꝛ dñs cū noxali iudicio ſeruū ſuū noīe cōuent⁹: ſeruū actoꝛe noxe dedēdo liberat. inſti. de noxa. act. §. i. ⁊ ſi aīalia noxe dedā ꝓficiūt reo ad liberationē inſti. ſi q̄ pau. fe. di. Et vtrū malit aut ſoluēdo dānū ſufferat aut alias pro noxa det aīal hoc p eū ſtat. Et ꝓbant hec. ff. ſi q̄ pau. fe. di. l. i. in pn. ⁊ inſti. co. n. §. i. Et noxia ſignat delictū ſed delinquēs vocat noxa. inſti. de noxa. i glo. ver. noxa vñ verſus

Noxia delictū deliquēs noxa vocat. Et tñ sepe vnum pro reliquo dicitur seu accipitur vt ibidem dicitur.

¶ Actio de opposito vel suspēso quo iter est vulgo cui⁹ casus nocere poterit. datur aduersus eum qui in sub grunda ꝓtectione habet id appositum vel suspensū quod nocere potuit cuius condemnatio est decem solidorum. ff. de his qui deie. et effu. l. si vero. §. ait pretor

¶ Actio de effusis ⁊ eiectis dat aduersus eū ex cui⁹ habitatōe vl habitaculo aliquid effusū vel eiectū est ꝯ iter publicū. vñ damnū datū alicui trascūdi restaurādū ē in duplū. ⁊ si liber hō inde ꝑisse dicat in quinq̄ginta aureos hec dat actio. Si ꝟo nociturum est libero homini datur quantum videtur iudici ex bono et equo compēsatis impensis factis et operibus quibus ē cariturus inutiliter. ff. d̄ his qui deicere: vel effu. l. i. in princi.

¶ Actio edilicia competit mltis moīs Et primo si res vēdita sit redibita ꝓpt viciuz siue morbū: nec tñ a vēditore restituit p̄ciū ēptori cū actionibus ⁊ aliis q̄ ediles inhibet. ⁊ in hoc casu ē ꝑpetua de hac habet. ff de edi. edic. l. ediles i p̄n. §. i. ⁊ fi. ⁊. l. istud. ij. rñso. ⁊. l. redibitoria. eo. ti. Secūdo ꝯpetit qñ fit vt si res vendita nō placet vt reddat. ⁊ tūc ē tꝑalis vsq̄ ad. lx. dies: vt. ff. e. ti l. ꝙ si nolit. §. si q̄d ita venerit. Tercio cōpetit si vēditor nō vult tradere seruū vl maci piū vel iumētū cū ornamēto cū quo oñderat tꝑe vēditionis ꝓ ip̄o ornamēto vel vt fiat redibitio rei p̄ncipalis ꝓpter accessoria ⁊ tūc ꝯpetit etia vsq̄ ad. lx. dies. ff. eo. ti. l. ediles. i p̄n. §. vēdēdi. Quarto vero ꝯpetit qñ eo loco quo iter ē vulgo hz q̄s canez lupū. vrsū aprū. verrē. pāterē. leonem. ⁊c. vel aīal aliud q̄d nocere posset siue sit ligatuz siue solutum. ff. eo. titu. l. hi enim. §. deinde autē vide de his Guil. in spec. in tractatu libel. de emptio. et venditio. §. nunc dicendum est.

¶ Actio de superficie in rē cōpetit ei q̄ superficiem habet in alieno solo nomine cōducti ad repetendum superficiem si possederat. ff. de superfici. l. i. §. qui superficiem in fi. ⁊. §. ait pretor. ver. et sanc.

¶ Actio empti competit emptori ad rem repetendam quam emerat in qua venit cōmodum quod accessit. Et si quid in speciali pacto comprehenditur in hac actione attenditur pro vt quisq̄ sibi paciscitur. ff. de actio. emp. l. emptori i princi. et institu. de mp. et ven. §. sed nostra in fi. huius contraria est actio venditi que competit venditori ad petendum precium et interesse et vsuras tempore more prout inter partes conuentum seu contractum est. De ista habetur in. l. iulianus. §. ex vendito. eo. titu. ⁊ de empti. et vendi. institu. in. §. prealle. sed nostra.

¶ Actio ex stipulatu nascitur cum de re certa in genere. sed incerta in specie fit stipulatio vt insti. de verbo. obli. in prin. Naz si res esset simpliciter icerta stipulatio nō valeret. ff. eo. titu. l. ita stipulatus in princ. Et postulatio est concepta: vt cum respondes dare seruum: vel spondes te facturuz domum. Et pertinet hec ad actiones in ꝑsonam que oriuntur ex contractu verborum: et hec colliguntur. ff. de actio. l. i. §. i. et. l. actionum genera. §. in personam. et institu. de obli. §. fi. et de actio: §. i. et versi. nāq̄ cum similibus. Et nota ꝙ actio descendens ex stipulatione non habet dilationez anni sicut actio de dote. l. i. §. ex actor. C. de re. vx. act. et. §. cum autem de hoc Bar. i. l. si diuortium. ff. de. ver. obli.

¶ Actiones ex contractu sicut de actionibus in personam insti. de actio. §. i. que nascitur ex pacto siue obligatio surgit ex reuocatione conditio certi: de numerata pecunia: conditio certitudinaria. Conditio ob causam actio commodati: depositi: pignoraticia: de quibus omnibus suo loco dicetur siue etiam consurgit obligatio ex verbis sicut in actione ex stipulatu quando res certa in stipulationibus deducta est.

BIU Cujas

Siue etiam oriatur obligatio ex litteris de quibus conditio odio desidie datur in eum qui cuz spe future numerationis scribit se debere quod ei non est numeratum. Numeratione autē non secuta infra biennium nō repetit cyrograuū. Et est introducta ⁊ exclusa exceptione nō numerate pecunie cum minime cogatur soluere qd̄ scripsit se habere siue etiam oriatur obligatio ex ꝯsensu veluti: empti: venditi: locati: conducti: pro socio: mādati: p̄scriptis verbis: ⁊ actio ꝯstituta pecuniaria. Nec non actio in factū: de iureiur. Et de his actionib⁹ in ꝓprijs locis scd̄m ordinē patebit. Et iste sunt species actionū in personā que oriūtur ex cōtractu siue re: verbis litteris: aut ꝯsensu: obligatio oriatur. De quib⁹ vide ff. de actio. ⁊ obli. l. i. ⁊. ij.. ⁊ insti. de oblig. §. i. cum. §. ⁊ ti. se. vsqz ad ti. de oblig. q̄ ex quasi contrac. nas.

¶ Actiones ex quasi ꝯtractu sunt de actionibus in personā. insti. de actio. §. i. cum ibi no. que neqz ex pacto neqz ex maleficio oriuntur: sed tñ maiorē hñt ꝯuenientiā et affinitatē cum pactis q̄ cum maleficijs: ⁊ sunt iste. scz conditio indebiti. conditio libere actionis.

¶ Actio negocioꝝ gestoꝝ: tute ⁊ subsidiaria: cōmuni diuidundo: finium regundoꝝ: familie herciscūde: petitio hereditatis directa: ⁊ vtilis possessoria: fideicōmissaria ⁊ actio ex testamēto. De his oībus. ff. de actio. ⁊ oblig. l. de maleficijs. §. siquis sequētis. ⁊. §. seq̄n. ⁊ insti. de obli. que ex q̄si ꝯtrac. nas. cum ibidem no.

¶ Actō de peculio: ⁊ qd̄ iussu: ⁊ de in rem verso: actio tributoria: institoria: exercitoria: actio funeraria: ad exhibendum: de tigno iniūcto: actio in factum de rei vendicatione: actio de pauperie. interdictum quoꝝ bonoꝝ: vti possidetis. vtrobi. interdictum saluianū. De q̄bus oībus require in loco suo.

¶ Actiones vel obligatiōes ex maleficio sunt actiōes in personā. insti. de actio. §. i. cum ibi notatis. Quibus delicta hominū cohercētur qd̄ publice vtilitatis interest. ff. de fideiusso. l. si aureo. §. fi. ⁊. ff. ad. l. acquili. l. ita vulneratus: cum similibus: vt est cōditio rei furtiue. Actio arboꝝ furtim cesaꝝ: actio furti: actio vi bonoꝝ raptoꝝ: actio. l. acquilie: actio iniuriarū: quod metus causa: de dolo: actio serui corrupti: actio rerum amotarū: conditio ob turpem causam: interdictū vnde vi: interdictuz qd̄ vi aut clam: interdictū de libero homīe exhibendo: de vxore ducenda: de liberis exhibendis: interdictum quoꝝ legatoꝝ: interdictū prohibitoꝝ ne quid in flumine ripa ve publica: interdictū de itinere actuqz priuato. De quibus omnibus require de J. loco suo

¶ Actiones vel obligatiōes ex quasi maleficio sunt actiones in personam: insti. de actio. §. i. que neqz ad pacta accedūt neqz ad maleficia. sunt tamen similiores maleficijs q̄ pactis: vt actio in factum aduersus iudicē qui litem fecit suam: et actio in factum de eiectis ⁊ effusis. Et actio in factum de dolo ⁊ furto eoꝝ qui ministerium cauponū: aut stabulariū: aut nauem exercent. ff. de actio. ⁊ obliga. l. ex maleficijs. §. si iudex: vsqz ad finem. ⁊ insti. de oblig. que ex quasi male. nas. per totum.

¶ Actio exercitatoria scd̄m Azo. in sum. eodē titulo datur ꝯtrahentibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem contra excitatorem nauis qui magistrum naui preposuit quem equum fuit teneri vt tenetur qui institorem taberne vel negocio preposuit. ff. de exerci. actio. l. i. Hec ergo actio non datur contra magistrum nauis: sed contra eum qui magistrū nauis preposuit in eam causam in quam prepositus est expresse vel tacite: vt in eadem. l. i. §. non autem. ⁊. §. prepositio igitur. Est autem magister cui totius nauis anchora ⁊ cura mandata est. l. i. §. magistrum nauis: qui in vulgari Lombardorum ⁊ prouincialiū comitus dicitur. et in theotonico ⁊ in alamanico styerman dicitur. Nec distinguitur: an iste magister sit li

ber vel ſeruus maio: vel mīnoꝛ. Et ſibi īm
putat qui cū ꝓpoſiut: vt.l.i. ꝓallegata. §.
cuiꝰ aūt ꝯditiois. Sed exercitatoꝛ dꝫ is
ad quē obuētōes quotidiane aut reddit
queſtus ⁊ vtilitates nauis quemūt ⁊ ꝓ
uenient: vt ea.l.§. exercitatoꝛē ſiue ver dñs
nauis ſit ſiue dño nauis ꝓduxerit ad tem
pus vel in perpetuū. vt dicit ibidem.

¶ Actō eſtimatoꝛia vl extimatoꝛia. id eſt
actio ꝓſcriptis verbis ſic cognominata:
eſt actio q̄ eſtimato ꝓponitur gꝫa dubita
tionis tollende qñ res eſtimata vendēda
datur. Dubitatū eni eſt: an ex vendito ſit
actio: an ex locato: an ex ꝓducto: an man
dati: vt ſi rem meā tibi do: ⁊ eſtimo vt eaꝫ
vendas ꝓ decē: ⁊ inde decē reddas mi
chi aut rem: vt no. ff. de eſti. act. in rubꝛo.
⁊.l.i. ⁊ inſti. de actio. §. actionum.

¶ Actio ex teſtameto: nō ſolū ſcripto he
redi cōpetit ad petendū hereditatē. Sed
etiā ꝓtra herede ſcriptū legatarijs ⁊ fidei
cōmiſſarijs. C. coīa de le. ⁊ fideicōmiſſ. l. i.
Et ſapit natura actiōis bonefidei. l. in mi
noꝛ. C. ex q̄. ca. in intg. reſti. nō eſt neceſ.
Īn dicit Bar. q̄ re vera ē ſtricti iuris cū
nō numeret inter actiōes bonefidei in. §.
actionū. inſti. de acti. vt no. ipſe in. l. hiuſ
modi. §. edes. ff. de leg. i.

¶ Actio familieherciſcūde inter eos cō
petit q̄ cōmune hñt hereditatē diuidendā.
ff. fa. herciſ. l. i. ⁊. ij. Et dꝫ familieherciſcū
de. id eſt. hereditatis diuidēde. ſcōm aꝫo.
in ſum. vt no. ff. co. ti. in rubꝛo. ¶ Nomen aūt
familia q̄ñq; ponit ꝓ cognatiōe: vt cuꝫ
dꝫ: illi ſunt de familia Pꝛiami. Et q̄ñq; ꝓ
ſeruitute ⁊ ptāte: vt cu dꝫ: pater familias:
filius familias: hic tñ ꝓ ſubſtantia ⁊ he
reditate: vt. C. de verb. ſig. l. fi. Sed herci
ſco eſt verbum grecū id eſt q̄ diuido. unde
herciſcūde. id eſt diuidende. no. glo. ff. co.
ti. in rubꝛica. Et vtimur hoc ꝛbo ſicut re
perim⁹ apud antiquos: q̄ gerundia ſua p
nunciabat in vndo: vt legundo: audūdo:
diuidūdo: herciſcundo ſcōm Aꝫo. in ſum.
ſua. Et ita eam hodie dicere poſſim⁹ fa
mulieherciſcunde ꝓ familieherciſcende

¶ Actio familiana ⁊ pauliana habite ſunt
ſupꝛa circa actionem calui ſianam.

¶ Actio finium regundoꝛ cōpetit finib⁹
ad diſtinguendū vl ad iudicandū. ff. co. ti.
l. i. §. iudici. l. ſe. inter eos qui agros con fi
nes hñt vel prędia. inſti. de actio. §. Item
finium regundoꝛ. ⁊ habꝫ locū in ruſticis
prędijs tm. ff. co. ti. l. ij. ⁊ nō in vꝛbanis: qꝛ
vꝛbana prędia nō ſunt cōfinia ſed vicina.
quia parietib⁹ diſtinguī ꝓſueuere: ſed cōfi
nia dicim⁹ q̄ adeo ſunt prima vt null⁹ pa
ries in medio interponatur. ff. eo. ti. l. ſꝫ ⁊
ſi loci. §. in iudicio cū ibi nota. Urbana p̄
dia dicūtur oīa prędia que hñt edificia
etiā ſi ſint in villa: quia vꝛbanū prędiū nō
facit locus ſed materia habitādi cauſa fa
cta. Unde ſi in vꝛbe edificiū cauſa non ha
bitādi: ſed gꝫa reponēdoꝛ fructuū fiat: di
cetur prędiū ruſticū. Sed ⁊ hoꝛti in edifi
cijs cōſtituti niſi plurimū ſint redditus vi
neary forte: ⁊ ſic alitoꝛie ꝓtinent appella
tōne vꝛbanoꝛ prędioꝛ. ff. de verb. ſig. l. vꝛ
bana. Ruſtica aūt prędia vocant agri nō
hñtes edificia. Et ſi inter te ⁊ me cōtra quē
ago finiū regundoꝛ via publica vel publi
cum uter venit nō hꝫ locū hec actio qꝛ cōfi
niū nō intelligit. ſecus ſi ruuus ꝓmat⁹ in
terueneriit: quia finiū regūdoꝛ agi pōt cō
tra oēm ruu. ff. co. ti. l. ſed ⁊ loci. §. fi. cū. l.
ſeq̄n. et ibi no. Eſt aūt hec actio duplex: qꝛ
vterq; eſt actoꝛ et reus. de ꝓba. ex lr̄is. ff.
co. ti. l. iudiciū. ſ. cōmuni diuidūdo et fami
lieherciſcūde. et. l. inter coheredes. §. ſi fa
milie. ff. eo. Item eſt mixta: quia eſt in rem
et in ꝑſonā. inſti. de actio. §. quedā ergo. §
et item finium regundoꝛ.

¶ Actio fimeraria ꝓtra heredē bonoꝛ vl
poſſeſſoꝛē datur. ff. de reli. et ſump. fune. l.
et ſi quis. §. fi. et datur ei qui funeraut: vt
non hęres defunctū: ſed cā pietatis. ff. eo.
ti. l. ſed interdū. et. §. ſi q̄s cū ibi no. p hāc
eni actionē venūt reficiēde expenſe ibidē
a funeratoꝛe facte.

¶ Actio furti manifeſti ſcōm Aꝫo. locum
habet qñ fur rem tenens viſus vel depre
henſus fuerit ſiue in publico ſiue in ꝓpria

BIU Cujas

to vel a dño vel alio anteq̃ pueniat ad lo
cum quo pferre rem destinauit. Si talis
deprehẽdatur vel cum reuideat: et ad euz
dep̃hendendũ occursuz sit ei licet abiecto
furto aufugerit furti manifesti tenetur. l.
si quis. §. census. ff. eo. ti. nisi surripientis
mutet status vt tu michi surripuisti in ser-
uitute ⁊ manumissus furto dep̃henderis
cum re furtiua. vel si tu ptuleris quo desti
nabas teneris furti nõ manifesti: tunc enĩ
deprehẽderis cuz re furtiua priusq̃ eo lo-
co ptuleris quo destinaueras illo die ma
nere cuz furto tũc fur es manifestus. Hec
oĩa dicunt. ff. de fur. ⁊ de pe. dis. i. c. vulga
ris vtrũ q̇ partẽ acerui frumẽti furat toti⁹
acerui furtum faciat. ⁊ datur actio furti
manifesti in quadruplũ. insti. de obli. que
ex male. §. pena manifesti.

¶ Actio furti nõ manifesti ꝯpetit qñcũq̃z
p̃dictis modis furtuz nõ manifestũ ꝓbat.
ff. eo. ti. l. manifestũ. insti. de obli. q̃ ex ma.
na. §. nec manifestũ. Et etiã si vidisti furtũ
fieri: te tñ abscõdisti cũ furtũ faceret ne te
occideret nõ est manifestũ. ff. eo. ti. l. si q̇s
in seruitute. §. ceterũ. Et dat̃ h̃ actio in du
plũ. insti. de obl. q̃ ex ma. nas. §. pena. p̃all.

¶ Actiões hereditarie dicũtur q̃ trasẽut
ad heredes vel ꝯtra heredes: scd̃m Azo.
Item q̃ ab heredib⁹ incipiũt vel ꝯtra here
des. Ut aũt plene sciatur q̃ transeũt ad he
redes vel nõ: distingue aut nascit actio ex
maleficio vel q̃si. aut ex ꝯtractu vel q̃si: ꝓ
ut ꝓseq̇tur azo. in sum. eo. ti. ⁊ scd̃m pla. in
sum. sua eo. ti. his actionib⁹ cõueniunt hi
qui succedunt in ius et non hi qui succe-
dunt in rem: vt donatarij vel legatarij.

¶ Actio in factũ aduersus iudicẽ qui litẽ
fecit suã datur aduersus iudicẽ q̇ p impe-
ritiã male iudicauit inq̃ntuz iudicat religi
onem videbit esse ex q̃si maleficio. insti. de
obli. q̃ ex q̃si ma. nas. in p̃n. ⁊. ff. de va. ⁊ ex
traor. cog. l. fi. Si vero dolo malo iudica-
uit vere est ex maleficio obligat⁹ actiõe in
factũ vel actiõe de dolo ad om̃e interesse
ei quẽ lesit et infamis est. Itẽ tenet crimĩe
falsi q̇ penã deportationis vel vltimi sup-
plicij ꝯtinet: scd̃z azo. ꝓbant hec. C. de pe.
iudi. qui male iudi. l. ij. ⁊ ibi no. in glo. fi.
iũcta auctẽ. nouo iure ibidẽ posita. ⁊. l. si fi
liusfamilias. ff. de iudi. Iudex aũt ecclesia
sticus male induct⁹ p grãz vel p sordes ab
executione officij p annũ est suspensus ad
estimationẽ parti quã lesit nichilomin⁹ cõ
demnãdus. Et si durãte suspensione se di-
uinis ingesserit irregularis est: nec cuz eo
nisi per sedem aplicam poterit dispensari
vt in. c. cum eterni. de re iudi. li. vi.

¶ Actio in factũ de eo qd̃ certo loco dicit
vbi aliq̇d est ꝓmissum dari certo loco si iu
diciũ in illo loco ꝯstitui nõ possit. introdu
cta tñ est quedã actio arbitraria vt possit
etiã in alio loco agi. Pretor enĩ iniquum
esse arbitrat nõ posse ꝯuenire debitorẽ in
alio loco q̃ in loco destinato solutioni. et
hec actio arbitraria ex sui natura est stri-
cti iuris in q̃ habita ꝯsideratiõe aliaꝝ a-
ctionũ stricti iuris q̇cq̇d esset omissum de
beret hr̃i omissuz: tñ in illa venit etiã q̇cq̇d
equũ ⁊ iustũ visuz fuerit religioni iudicã-
tis: ⁊ propter hoc appellat hec actio arbi
traria irregularis: qꝛ ꝯtra naturã aliaruz
actionũ stricti iuris est. et hoc est qd̃ dicit
glo. in rubrica. ff. de eo qd̃ certo loco. quid
sit actio irregularis.

¶ Actio in factũ ex edicto p̃toris de alie-
natione iudicij mutãdi causa facta datur
ei in cui⁹ fraudẽ ⁊ illusionẽ facta est alie-
natio ⁊ suis heredib⁹ aduersus eũ q̇ rem
alienauit quẽ ad interesse cõuenit q̃nti in-
terest actoris corã ordiario vel delegato:
de q̃ Gof. in sum. de alie. iudi. mu. ca. fac.
⁊. c. i. eo. ti. in glo.

¶ Actio ĩ factũ de dolo ⁊ furto eoꝝ quo-
rũ ministerio q̇s cauponẽ aut nauẽ vl̃ sta
bulũ exercet dat̃ aduersus eos qui p̃sunt
cauponi aut naui vel stabulo q̇ qm̃ officio
maloꝝ hoĩuz vtũtur ĩ duplo tenẽtur q̃ do
lo aut furto eoꝝ cõmissum est in his reb⁹
q̃s saluas fore receperũt. ff. nau. cau. sta. l.
i. in p̃n. ⁊. §. idẽ põpon⁹ ⁊. l. ⁊ ita. §. idẽ. ⁊
§. ait p̃tor. iũcta. l. fi. §. hec actio. eo. ti. ⁊. ff
fur. aduer. nau. cau. sta. l. i. ⁊ insti. de obli.

BIU Cujas

que ex mal. nas. §. item exercitor.

¶ Actio in psonaz dicitur ꝯditio qñ ꝯtendis aliquē dare aut facere tibi oportere. Qñ vero agis vt restituat tibi res tua: ⁊ spale nomen accipit ⁊ in deposito dr̄ simpliciter actio psonalis ⁊ non ꝯditio. Hoc aūt nomē ꝯditio inde descēdebat: qꝛ olim iudicia erat ordinaria: ⁊ certa verba: ⁊ q̄ oportuit cōdici. id est. sil' dici: vt si q̄s caderet a sillaba caderet a tota causa. Sed postea ille solemnitates in dissuetudinē abierūt: attamē nomē remasit vt adhuc: ⁊ psonales octiōes q̄ solēnib⁹ verbis interpretabant ꝯditiōes vocētur. ⁊ hec colligunt insti. de act. §. appellam⁹. cū ibi nota. ⁊. ff. eo. ti. l. actionū genera. Et haꝝ actionum genera: quedam nascuntur ex contractu. quedam ex quasi ꝯtractu: queda ex maleficio ⁊ q̄si male. instit. de obli. §. sequēs. et de act. §. omnū. Require scz de omnibus his supra actiones ex ꝯtractu.

¶ Actio in rem: dr̄ vēdicatio rei. scz qñ dicis rem de q̄ agitur tuā esse: ⁊ aduersari⁹ dicit vel oñdit ipam rē esse suā. ff. de act. ⁊ obli. l. actionū genera. ⁊ insti. eo. ti. §. appellam⁹ preall. Et haꝝ actionuz alia est directa in rem actio: vt rei vēdicatio: actio ꝯfessoria et negatoria. Alia est actio in rē vtilis q̄ sunt actiones de dominio nō directe sz vtiles q̄ ex eq̄tate dant: qñqꝫ ñ dñis: vt sunt publiciane q̄ ex aduersis causis cōpetūt. Et actio ꝑ quā q̄ritur an actor iurauit: et actio in rē de supficie et actio fauiana et pauliana et caluisiana. et actio in rē q̄ cōpetit inter dñm tabule ⁊ pictorē. Sūt et alie in rē actōes in q̄b⁹ nō de dñio sz de pignore agit sicut seruiana ⁊ q̄si seruiana de quib⁹ vide loco suo. Et nota ꝙ actio psonalis nō sequit fundū. ff. de ꝯhen. emp. ⁊ vēdi. l. manus. §. lutius titius. ff. ad trebel. l. i. §. si odio. ff. de iudi. l. fideicōmissuz §. tractatū. C. de ser. l. ij. §. proinde. ⁊. ff. de ali. iud. mu. cau. fact. l. iij. §. opus. in glo. ꝑ Dy. in. l. fi. ff. de no. ope. nūc. Itē actio psonalis est ita affixa ossibus creditoris ꝙ in alium transferre nō pōt nisi fictione iuris. ff. de pecu. l. siquis ergo.

¶ Actio iniuriaꝝ ꝯpetit ei q̄ iniuriā passus est: vt no. insti. de iniur. in rubrica ꝯtra euz qui intulit in iniuriā: vel inferri ꝓcurauit. insti. eo. ti. §. nō solū. ⁊ pulsauit vel verberauit vel famosuz carmē ad alteri⁹ ꝯtumeliam scripsit vel quoquomodo iniuria aliquē affecit. insti. eo. ti. §. iniuria. In qua iudex ꝯdēnauit quāti actor iurauerit se nolle illa iniuriā sustinuisse p̄missa tñ iudicis taxatione. insti. eo. ti. §. pena. ff. eo. ti. l. institutionib⁹. Quida enī dicūt ꝙ iurare debet poti⁹ de suo ꝑdidisse tantū vel tantum q̄ talem iniuriā sustinuisse. Et hoc videt appbare. Hostien. in sum. de iniur. ⁊ dam. dato. ⁊. Spec. eo. ti. Alij dicūt ꝙ sufficiat euz iurare sic. ꝙ nollet lucrari tantū vl' tātū ꝓ eo ꝙ talē iniuriaz sustineret vel sustinuisset. Primū tñ videt veri⁹ ⁊ actio iniuriarū ex pacto nō nascit: sed ex ꝯtumelia. l. si vn⁹. §. sed si pactū. ff. eo. ti. vbi tex. inq̄t illa non enī ex pacto iniuriaꝝ nascit actio: sed ex cōtumelia ⁊ ex bono ⁊ equo ⁊ dissimulatiōe aboleť. Naz siq̄s iniuria reliq̄rit hoc est s. statim passus ad animū nō reuocauerit postea ex penitētia remissam iniuriam nō poterit recolere. l. nō solum. §. i. ff de iniuri. ⁊ neqꝫ in heredem neqꝫ in heredibus datur. l. iniuriarū actio. ff. eo. titu.

fodiendū:vt.C.de hered.in.l.i. collegiū il licitū nō approbatū:vt.l. collegiū.ti.alle. Incestuosus nat⁹ ex dānato coitu.i.spuri us testatoris: seru⁹ accusat⁹ de adulterio cū dña sua cōmisso:ab illa dña institui nō pōt heretic⁹.apostata:mulier conuolans ad scdas nuptias infra tp̄s luct⁹.i. infra annū post mortē primi viri.vt.C. de secū. nup.l.i.⁊ b̄ de iure ciuili. Qui sciēter ꝯxit cū aliqua muliere ignorāte scdas nuptias esse illicitas nō pōt ab ista institui ⁊c. ⁊ sunt diuersi heredes. Nam heredes alij sui ⁊ necessarij.alij necessarij tm̄. alij volūtarij.alij legitimi.alij legatarij. alij testamentarij.alij fideicōmissarij.

¶ Heres ab intestato est ille qui succedit in ius defuncti sine oī testamēto. vt insti. de here.qui ab intesta.deferūtur.

¶ Heres fideicōmissarius est cui ex fideicōmisso relicta est hereditas dāda illi cui testator disposuit dicēdo sic. Fidei tue cōmitto:vt hoc des illi. Et nota ꝙ illa sunt desperata:sed forte pro tanto dr̄ heres fideicōmissari⁹:qr fideicōmissari⁹ loco heredis habet̄.vt insti.de fideicō.here.§. restituta:vt qui directe ⁊ īmediate ex testamēto nichil cape pōt.qualis est spuri⁹ saltem capiat ex fideicōmisso.sz ipse vere nō est heres cū sit rogat⁹ a testatore hereditatē adire:⁊ postea restituēdo:licz restitutione facta post semp heres maneat vt dicto.§.restituta. Duo ergo heredes in solidum esse non pñt.vt.ff.cōmo.l.fi. ⁊.l.si vt certo.§.si duob⁹.licz alij dicāt ꝯriū vicz ꝙ ille cui testator dari vel restitui hereditatem disposuit.vt manifeste colligit̄ ex.§. sed etiā id.insti.de fideicōmis.here. lz verba ibi posita videant̄ innuere oppositum si inspiciātur.

¶ Heres legatari⁹ est qui legatū accepit vel cui legatū factum est.vt.l.quotiēs.de here. insti.

¶ Heres legitimus est q̄ ex lege.xij.tabularū aut ex iuris cōstitutione etiā sine testamēto succedit defuncto vt sunt agnati proximi.insti.de legit.ag.suc.in prin.

¶ Heres necessarius est ꝑuus heres institus in testamēto dñi sui ab eo qui facultates suas hz suspectas ne possit ex ipsis satisfieri creditorib⁹ q̄bus est obligat⁹ adeo ꝙ nō credit alienū hereditatē suā adire:si heredē eum instituerit q̄ ꝑuus heres factus.ideo necessari⁹ dr̄ heres.qr siue velit siue nolit cogit̄ suā hereditatē adire vt satisfaciat creditorib⁹. vt insti.d here.q̄li. ⁊ diffe.§.i. Et hoc verū nisi illi ꝑuo debeatur fideicōmissaria libertas.l.is q̄ soluendo.ff.de here.insti.aut hoc eo nō faciēte: scz nō adeūte hereditatē eius noīe:potius q̄ dñi defuncti res hereditarie vēdant̄:ne defunct⁹ cōtumelia quadā vel iniuria facta efficiatur:dicendo ꝙ res eius venderentur.

¶ Heres suus dr̄ fili⁹ qui est in ptāte patris tpe mortis ipsius patris.

¶ Heres domesticus dr̄ qui est in ptāte morientis tpe mortis dum cū ali⁹ nō precedit. Filio em̄ supstite ⁊ in ptāte p̄ris existente nepos ex eo qui in ptāte aui est su⁹ heres non est.insti.de here. quali.⁊ diffe. §. sui.

¶ Heres substitut⁹ dr̄ qui alij heredi instituto substituit̄. ꝟbi gr̄a. Si testator ita dicat. Ille heres esto qui si nō velit vel nō possit esse heres.iste esto ei substitut⁹. Et hoc siue scdo siue tercio vel q̄rto loco alio in locū instituto deficiēte substituat̄. Nam scds dr̄ oīs post primū seq̄tur etiā si decimus sit.ff.d vul.sub.in p̄n.prout no.hosti. in sum.de testa.§.quid si sit perfectus vbi dicitur institutio.

¶ Heredes sui ⁊ legitimi ꝑm azo.de suis ⁊ legitimis heredib⁹ appellant̄ qui in potestate moriēt] fuerūt.vt fili⁹.filia.nepos neptis.ex nepote nat⁹.ex filio pronatus. pronata seu pronepos.proneptis.legitimi ⁊ naturales. vel etiam legitimi tm̄: vt adoptiui.

¶ Heres testamētarij dicuntur qui ex testamento heredes scripti sunt.

¶ Heredes tutor̄ lz nō sint tutores tenētur tm̄ in q̄busdā q̄si tutoris inchoatiōis.

BIU Cujas

ſcz p defectū omiſſiuz vt.ff.de here.inſti.l.i

¶ Herciſco.1. diuido. inde dr familie herciſcūde. id eſt iudiciū hereditat diuidēde Require ſupra. Actio familie herciſcūde.

¶ Hereſiarcha eſt qui falſam de fide opinionē gignit. vel primo inuenit ſicut arianus vuichelef. t alij ꝓſiles.

¶ Hereſis grece ab electiōe dr eo q̄ quicūq; vnā opinionē hereticā vel diſciplinā ſibi elegerit putat eā eſſe meliorē. vt. xxiij q.iij. here. alias dr q̄ſi diuiſio.

¶ Hereticꝰ dr errans in fide. vñ quicūq; in fide dubitauerit friuola adheſiōe hereticus cenſet. vt in.c.i. de here. Etiā p hereticō hr q̄ ſcieter herſticū ñ renocat: vt.e.ti. c.ij. Et ſz auguſ. dr q̄ certā opinionē nouā t puerſaz gignit. vl ſequit gra alicuꝰ tpalis cōmodi vel alicuꝰ glie vel ꝓncipatus Dr gignit vt aliqs hereſiarcha vt arriꝰ: ſabellij. ꝛc. dr ſequit q̄ errorē illuz imitat. p ut b legim. xxiij.q.iij. herſticus q̄ puertit ſacra eccie ſicut ſimoniac. i.q.i. cos. Itez ſacre ſcripture puerſus intellector. xxiij. q.iij. here. vbi dr. quicūq; ſcpturā aliter intelligit q̄ ſenſus ſpūſſancti flagitat a quo ſcpta ē lz ab eccia nō receſſerit tñ hereticꝰ appellari pōt ꝛc. Itē ois excōicatꝰ. iij.q. i. qd aūt. Itē romane eccie publicꝰ iniuria tor. xxij. di. ois. Itē q̄ alr ſentit de articulſ fidei q̄ rōana eccia. xxiij.q.i. b eſt fides

¶ Herus vel heros gre. idē eſt q̄ dñs la.

De Hi

¶ Hymnus angelicus eſt gloria in excelſis. dr cele. miſ. c. ꝓſiliū. t de elec. qd ſicut.

¶ Hircoſus dr cui os olet. vt. l. qui clauū §. is cui. ff. de edil. edic.

De Ho

¶ Homagiū eſt idē qd fidelitas. tñ ſpe. eo. ti. in li. de feu. ponit illā dñiaz q̄ homagiū eſt de his q̄ ad tpalia ptinēt. t ideo p ſpūalibꝰ indignū eſt vt quis homagiū facere ꝓpellat. fidelitas tamē p ſpūalibꝰ preſtatur: qz plati bene pſtant fidelitatē. vt in c. antiq. de pui. vel ſic pōt deſcribi. Homagiū eſt quedā aſtrictio futuri liberi hois fcta domio ſuo p pactionē vel petitionē ſiue ſtipulationē ꝓmittēte libero hoīe dño ſuo fidelitatē t ꝓſtituēte ſe hoiez vl vaſallu ſuū. t ſic i aliq̄bꝰ ptibꝰ b mō ille q̄ facit homagiū coraz dño ſuo flectit genua ſua tenēs manꝰ ſuas ꝓiūctas ſimpliter inē manus dñi uſurādū de fidelitate pſtans t mutuo ſe in ſignū fidelitat oſculant. cuiꝰ forma poſt in li. feu. de no. fi. for. c. ē t alia ſ.pꝰ rubri. illā de for. fi. Ad idē facit d̄ inſtitur. c. ego em̄. t. xxij. di. cū dno. t hoſti. ponit cā in ſū. d̄ feu. §. q̄d ſit fidelitas. t q̄liter ſit faciēda. Ex dict homagiū deſcribi pōt ſz formā. Eſt q̄ñ aliqs flexis genibꝰ uict manibꝰ i manꝰ dñi poſit aliq̄d ꝓmittit q̄d ꝓ ſpūalibꝰ fieri nō dz. d̄ quo de ac. venēs de ſimo. ex diligēti. de excel. pla. graue. de re iudi. c. fi. Eſt āt homagiū multiplex ſm ſpe. vbi. §. quoddā eſt legiū quoddā nō ē legiū. quoddā edictale. quoddā decretale ꝛc. de quibus. j.

¶ Homagiū decretale ē. naz heres hois mei q̄ cū d̄ conſuetudie poſſit infeudari t p ꝓſeqns in hōagiū ſuccedere dz i certū tps mei i dñz agnoſcer t fidelitatē mihi pſtare t ego teneor cū rōe talis feudi in hoiez recipe. t i recipiēdo videor ſibi ius feudi decernere pp q̄d dici pt hōagiū decretale. ſiē et bonoꝝ poſſeſſio dr cetalis. t q̄d ius mihi tribuit. ſicut t talis bonoꝝ poſſeſſio. ſ. ſi nullꝰ ſit ꝓrior. Et iō in curia frācie ſp recipiūtur fidelitates t homagia alterius ſaluo iure. Qd aūt in italia t alibi vocat vaſſalicū. in frācia vocat hōagiū ꝛc. etiā dr hominū. c. ꝓtat de iuſtur. Differūt tñ qr hominuz ē q̄ñ iurat alicui fidelitas nemīe excepto. ſz vaſſalicū ſuperiore excepto ſ. ipatore. De b optia glo. in ꝙbo homoq; ligi. cle. paſtoralis. de re ſtudi. vbi etiā dr q̄ qs nō pōt eē ligi duoꝝ: ſz bñ ligi vni. t vaſallus alteri. vel vaſallꝰ pluriū. t ſic homagiū pōt dici homis ligium.

¶ Homagiū edictale ē ſicut bonoꝝ poſſeſſio edictalis. vñ ſz ſpe. ibidē. Hōagiū edictale ſiue hrditariū ē q̄ aliqs hz eoipſo q̄ eſt heres. nā eoipſo q̄ adit hereditatē hominis mei perſonam eius repñtat. t videtur hois homagiū ſubijſſe. t tale homa-

BIU Cujas

giū pōt finiri tpe si dño placebit. qꝛ si dño nō placeret nō finiret etiaꝫ si vasallus vel let bonis feudalib⁹ cedere: imo ageret ꝯ ipsū, vt eū in dñꝫ agnosceret ⁊ b̄ ex ꝯtumelia sua. vnde puniri dꝫ ne īuitus ꝯseq̄tur īmūitatē qd̄ eē nō dꝫ ꝓ quo. ff. d̄ neg. ges. §. hereditaria. ⁊ ido possuꝫ eū cogere vt sub eat homagiū decretale: ⁊ etiā ꝙ plus tribuat ei in effectu q̄ edictale.

¶ Homagiū legiū est ſm spec. ibidem qd̄ fit impatori vel regi nulli⁹ alteri⁹ fidelitate salua. Illud aūt qd̄ fit alijs nō dꝛ legiū qꝛ fit vel iurat̄ salua impatoria vl' regia fidelitate. multi em̄ putāt hōagiū legiū esse qñ vasall⁹ mittit man⁹ suas int̄ man⁹ dñi ⁊ sibi homagiū facit ⁊ fidelitatē ꝓmittit. ⁊ ab eo ad osculū recipit̄. qd̄ nō est veruꝫ: vt etiā ibidē dicit spe. sꝫ vt ipse dicit tūc alij ponūt ꝙ duplex est hōagiū. hōagiū legiū in quo null⁹ recipit̄ q̄ntū ad verba: sꝫ q̄ntū ad mentē. Et aliq̄ qui supremā ⁊ generalē habēt auctoritatē ⁊ iurisdictionē. puta īpator vl' rex intelligūtur excepti ⁊c. Itē vbi ponit̄ legiū. s̄. ⁊. j. hñt aliq̄ lagiū.

¶ Homagiū nō legiū est qñ aliq̄d excipit̄ puta facio tibi homagiū excepta fidelitate quā dño meo tali legio teneor: vel saluo ꝙ possim cū voluero dñm legiū michi ꝯstituere. vel saluo qꝛ nolo tibi ꝯ talē iurare. Sed dictū primū est veri⁹ ſm spec. lꝫ b̄ vltimū designatū cōis vsus approbet. Et ſm vltimū modū sequit̄ ꝑ totū: ⁊ illo vtit̄ spe. de hōagio legio. vide. s̄. feudū legiū.

¶ Homo legi⁹ vl' ligi⁹ ſm spe. ibidē dꝛ q̄si dño suo ligat⁹. vel q̄si legalitatē ꝯtinēs. Unde rex sicilie est hō ligi⁹ romani iudic. vt in cle. pastoralis. de re iudi. p̄alle. post mediū. in. §. rursus. vbi glo. nota. Et oīs hō ligi⁹ est vasallus: ⁊ nō ecōtra.

¶ Homicidiū dꝛ hoīs occisio ab hoīe facta. ⁊ dꝛ q̄si hoīs cediū ab hō ⁊ cedo: ſm gof. in sum. e. ti. ⁊ hosti. ⁊ io. nō est imputādū ad ordinū susceptionē. ⁊ si oēs cāus nō p̄uidit ⁊ opaꝫ rei licite dedit. c. quidā. c iohs. c. sicut. e. ti. Etiā ꝯmittit̄ homicidiū fctō ꝯsilio. p̄cepto. ⁊ defensiōe. c. sicut dignū. e. t. vbi glo. no. ⁊ hōicidij cām dās ⁊ homicida pari pena sunt feriēdi. e. t. suscepim⁹. ⁊ tua nos. Ille em̄ est homicida qui ꝯsiliū p̄bet: ⁊ q̄ frēm odit vel ei detrahit. de pe. dis. i. piculose. ⁊. c. homicidioꝝ. Fit etiā homicidiū spūale ex q̄daꝫ iurisfictiōe spūalit̄ octo modis. Primo ꝑ detractatores ⁊ odiētes eos iniq̄tatē oppressionē ⁊ iniustitiā faciētib⁹. fratrib⁹ male ꝑsuadentes ⁊c. c. homicidioꝝ. preal. c. oīs iniq̄tas ⁊. c. noli. ea. di. Et generalr̄ oīs iniqu⁹ motus ad nocendū fratri in homicidij genere deputat̄. Itē homicida censet̄ q̄ tpe necessitatis ꝓximis alimēta negat. lxxxvi. di. pasce. Corpale homicidiū est hoīs perēptio corpalit̄ Et fit duplicit̄. s. lingua ⁊ facto. Lingua triplicit̄. precepto. ꝯsilio. defensione. l. di. si q̄s viduā. ⁊. c. piculose. prealle. Facto quadrupliciter. iustitia. necessitate casu ⁊ voluntate.

Honestas iusticie publice. i. ꝯstōnes ecclesie facte ꝓpter publicā honestatē. Iudicauit em̄ ecclesia esse honestū vt nūq̄ ꝯsanguine⁹ duceret sponsaꝫ ꝯsanguinei sui viui vel mortui ſm arch. de spon. c. i. li. vi. de hac honestate vide i. c. audientiā. ⁊. c. spōsam. de spon. ⁊ maio. vbi per doc.

¶ Honoraria dicunt̄ premia legatoꝝ seu aduocatorū. l. i. §. in honorarijs. ff. de va. ⁊ extra or. cogni. Re. j. leg.

¶ Hortamur aliq̄ī imp ortat mandatuꝫ necessitat. Et sic ꝑ ipsuꝫ ꝯfert̄ iurisdictio c. qꝛ iudicāte. de rescrip. ⁊. c. i. de testa. ⁊. c hortamur. iij. q. ix. Idem de ver. rogam⁹. xi. q. iij. rogo.

¶ Hostiari⁹ olim in veteri testō idē erat qd̄ ianitor. vt. xxij. dis. cleros.

¶ Hospitaliū rectores qui preficiūt quō se tenere debeāt. no. bene in cle. quia contingit. de reli. do.

De Hu

¶ Human⁹. i. secularis. i. di. c. i. xij. q. ij. q̄ diuinis ⁊ humanis. de testa. cū oēs. Itez idē est ꝙ hūilis. l. di. eos. xxiij. q. i. si quis dederit. ⁊ habetur in regula seml' deo etiā de reg. iur. li. vi.

BIU Cujas

¶ Humilitas seu humiliatio no. Archi. xxij.q.ij.cū humilitatis. Unde humilitas est virtus qua homo verissima cognitione sibi vilescit. de quo glo. optima in verbo hūilitatis. ⁊ est glo. fi. in cle. i. de reli. do. q̄ multa perpulchra ponit de hūilitate. Unde melior est in malis factis humilis confessio q̄ in bonis superba gloriatio. xi.q.iij. c. iniustum. in fi. Item humilitas humilibus nō prodesset: si ꝯtumacibus nō noceret. de postu. prela. c. i. in fi.

¶ Humiliati sunt quidā religiosi qui fuerunt ꝯdemnati ab ecclesia per Luciū papam: quia noluerūt iurare: ⁊ postea tempore clemētis recepti sunt ab ecclesia: qr se correxerūt ⁊ iurant qñ expedit. no. in. c. olim causam. de resti. spol.

De Ia

Iactus Require infra. l. ex rodia. de iactu.

¶ Iactura est damnū vel periculū qd̄ quis patitur quādo īminente tēpestate proijciunt bona in mare ad exonerandū naues: ⁊ ita capit proprie. sed large pōt capi pro quocunq; dāno alicui per violentiā illato vndecunq; proueniat. Vel dr̄ lesio facta cum lapide vel ligno Require etiam. j. lex rodia.

De Ib

¶ Ibrida est de scorto natus. Alia nomina illegitimorū require infra manser. spurius. anser. nothus.

De Ic

¶ Iconom⁹ dicitur ille cui ecclesiastica res gubernanda mādatur. vt. C. de sacrosanc. eccle. l. iubem⁹. circa prin. lxxxx. dis. quoniā quibusdā. ⁊ glo. iij. c. imperatorū. de iura. cal. vbi no. differētia per doct. inter iconomū. scindicū ⁊ procuratorē ⁊ actorē que ibi ꝑm glo. in lata significatiōe idem significant. De quo due glose notabiles. vna in. c. siquis erga. ij. q. vij. alia in. c. qm̄ xvi. q. vij. ⁊ habetur. x. q. ij. si iconomus.

De Id

¶ Id est. est dictio expositiua. ff. ad. l. acquili. l. item mela. §. legis. ⁊ de sponsa. c. i.

¶ Idiota est grecū. ⁊ est idem qd̄ impit⁹: ꝑm Isi. li. x.

¶ Idonei proprie dicūtur qui possunt et volunt in ecclesijs deseruire. de preben. super inordīata. Et dicūtur idonei qui sunt moribus. honestate ⁊ litterarū sciētia decorati. de insti. c. in ecclesia. in glo. iiij. etiā sunt prouidi ⁊ circūspecti.

De Ie

¶ Ierociniū est locus vbi aluntur pauperes ꝑm q̄ accipitur. C. de sacrosanc. eccle. l. illud.

De Ig

¶ Ignarus est qui ignorat vel qui ignoratur. ꝑm ysido. li. x. vnde ignorans ignorabitur. xxxviij. di. qui ea. vbi dicitur. Qui ea que dei sunt nesciunt: a deo nesciuntur.

¶ Ignauus idem est qd̄ ignarus vie. id est rationis ⁊ vite. ꝑm ysido. ibidem.

¶ Ignorantia est cum de facto vel de iure nichil scio. nec michi aliquid suspicor ⁊ ꝑm Azo in sum. C. de iur. ⁊ fac. igno.

¶ Ignorare proprie est nescire quod aliquis debet scire. Nescire autem est communius q̄ ignorare. Unde proprie. Omnis qui ignorat nescit: ⁊ non econtra. vt nota. ff. de iur. ⁊ fact. igno. super rubrica. Et ignorantia diuiditur ex parte materie circa quaz est. quia alia est ignorantia iuris. alia facti. et harum vna probabilis alia non. Ignorantia facti est vt si nesciam illum decessisse qui michi cognatus est. vel aliquod simile. ⁊ ignorantia facti alia est facti differentis ad salutez vel ad officium. hec excusat. vt p̄ma Corinthi. x Omne quod in maccello venditur manducare nichil interrogantes ipsam conscientiam. Alia est facti necessarij ad officium: vt in presbytero q̄ sit facta manuū impositio: ⁊ hec non excusat. Alia est necessarij facti ad salutem vt q̄ christus passus est. hec etiam non excusat in habentibus vsum rōnis. Itē ignorātia fcī alia est ꝓprij facti. alia alieni. Si ꝓprij. aut ergo

BIU Cujas

q̄s dat operā rei illicite: ⁊ tūc nō excusat. aut rei licite ⁊ tūc aut hūt indebitā diligē tiā ⁊ sic nō excusat a toto ꝫ a tāto. Si ꝓo debitā hūt excusat a toto. Si ꝓo sit facti alieni: aut ē ignorātia ꝓbabilis. s. ad quā nō req̄rit q̄ sit nimis diligēs aut curiosus inq̄rendo. vel etiā q̄ sit nimis negligēs ⁊ b̄ excusat aut ē crassa ⁊ supina. vt cū quis ignorat ea q̄ sunt pblice fcta ꝯ coram ppō: ⁊ tūc nō excusat. vt no. ber. in. c. req̄sunt. de ordi. ab epis. q̄ resig. epis. ⁊. c. i. de postu. ⁊ cle. et cō. mi. aplice. ⁊ de ꝓsti. vt aīaꝝ. li. vi ¶ Itē ignorātia alia ē simplex: ⁊ cū q̄s tenet scire qđ nescit. ⁊ facit ad b̄ q̄ sciat: scd nō q̄q̄d pōt. Vel ꝫ aliquos pōt dici simplex ignorātia q̄ ꝑuat sciētiā: nec ponit debitū sciēdi: nec ꝓceptū sciēdi. ⁊ b̄ est i his q̄ nō hūt vsum rōnis. alia est crassa: vt cuꝫ q̄s negligit scire qđ tenet scire nec tm̄ vult se scire. Alia ē affectata: vt cū q̄s negligit illud qđ tenet scire ⁊ placꝫ ei nescire. ibi ꝑ ma excusat a tāto ꝫ nō a toto. scda adhuc excusat ꝫ mn̄ꝰ q̄ ꝑma. tercia vero nō excusat ꝫ accusat. Itē ignorātia alia ē vincibilis. alia inuīcibilis. inuīcibilis aut ē intro ducta ꝑter oēs culpā: aut ꝑ culpā pambulam. Si ꝑmo mō aut simplr̄ ꝑuat cognitionē vt in his q̄ carēt oī vsu rōis. ⁊ b̄ excusat a toto: aut nō tollit oīno rōnis vsum ⁊ tūc nō excusat a toto vt in his qui nō sunt plene furiosi ꝫ hūt aliq̄ lucida intualla ⁊ i puer] q̄ sunt capaces aliquo modo ꝓcepti: ꝫ ñ plenc. Si ꝑ ꝑpriā culpā: vt i ebrio ⁊ furioso quoꝝ vterq̄ precipitaunt se in b̄ ꝑ suā culpā nō excusat. qz ꝑm Aris. in etb. ebrio debet duplex pena ꝫ furiosus excusetur saltē a tāto. Si aūt sit vincibilis tūc distinguit: vt. s. in crassaꝫ ⁊ supinā ⁊ affectatā Sz q̄ duplex sit ignorātia tex. est optim⁹. i. q. iij. §. his ita rñdet. Itē vt aut ambro. Turbat nauicula petri ibi i ꝓbo ignorātia glo. optia oīno videda. Alia ergo ē ignorātia iur]: vt si nescio me illi posse succedere q̄ michi cognat⁹ ē ⁊ decessit. vt. ff. ō iur. ⁊ fac. igno. l. i. ⁊ b̄ nō excusat regula ignorātia. de reg. iur. li. vi. Est etiā q̄dā ignorātia ꝓbabilis: vt si q̄s errat in fcō alie no. ⁊ ignorātia nō ꝓbabilis. vt si q̄s errat in fctō ꝑ̄o vel rebus suis: vt. ff. ꝑ so. l. vlt. vel si ignorat aliq̄d qđ oēs de ciuitate sciunt: vel maior pars ciuū scit. l. regula. §. sed facti. ff. de iur. ⁊ fac. ig. Turpe em̄ ē patricio ⁊ nobili viro ⁊ cās porāti ius i quo ꝓfac ignorare. l. ij. §. ab his. ff. de orig. iur. Et dicaꝝ int̄ ignorātiā. errorē. titubatōez ⁊ nescietiā. no. arcb. xxxiij. q. iij. Itē ignorātia dr̄ esse triplex. Pria negatiōis: q̄ scz scia negat: nec debitū sciēdi ponit: ⁊ simpliciter b̄ excusat. Scda est ignorātia ꝑuationis: q̄ etiā scia negat. sed aptitudo siue debitū sciēdi ponit. ⁊ b̄ in eis q̄ ptinēt ad salutē excusat a tanto: ꝫ nō a toto. Tercia est ignorātia dispositiōis q̄ ponit errorez siue ꝓceptionē ꝓriam recte scie. ⁊ b̄ in his q̄ ptinēt ad salutē accusat nō excusat. Et sic patet q̄ ignorantiaꝝ quedam excusat. quedā non. quedā magis ⁊ quedā minus ⁊ quedā oīno nil excusat: sed incusat: vel accusat. Naz ignorātia iuris si aliq̄d excusat. mn̄ꝰ tñ q̄ ignorātia fcti. Et ignorātia iur]. alia ē iur] naīalis. alia iur] dīm. alia iuris canonici: alia iuris ciuilis. Ignorantia iuris naturalis nullū habētē vsuꝫ ratōnis excusat: qz hoc ius ē in corde hois scriptū. i. q. iij. §. his ita denotādū Ignorātia vero iuris diuini q̄tū ad aliqua simplr̄ excusat laicos: et q̄tū ad aliqua excusat eos a tanto. non a toto. Legere em̄ ꝓphias et euangeliū: ⁊ doctrinā apostolice scientie tenent epi ⁊ prelati maiores: qui debēt domino omnipotēti seruire: ⁊ reddere rationem de ea que in eis est fide ⁊ spe vnde ab eis requirit scia veteris et noui testi. Sed laici ad hoc nō tenent nisi ad noticiā declogi: ⁊ articuloꝝ fidei prout in apostoloꝝ simbolo cōtinentur. Ignorantia aūt iuris canonici aliquos excusat: ⁊ aliquos non. Cōtinet em̄ in⁹ canonicū cōstitutiōes per quas discernūtur peccata: ⁊ has tenentur scire ꝓbyteri curam animarum habentes scz cōfessores. Nō autē ita tenentur alij: ⁊ mlto minus laici. Sed ipsi presbiteri ⁊ alij clerici ꝑm q̄ sunt in maiori gradu cōstituti. ꝑm hoc etiaꝝ plura scire tenētur. Ignorā

BIU Cujas

tia vero eorũ que publice promulgãtur ad laicos pertinẽtium nõ excusat eorum peccatũ quod per ignorãtiam perpetrãt .xvi. dis. quod dicitis Ignorantia vero iuris ciuilis aliquib⁹ ꝓdesse põt: vt militib⁹ rustic⁹ mulierib⁹: ⁊ minorib⁹ ãnis. ⁊ maxĩe in dãno euitãdo: nõ aũt ĩ maleficijs. vñ Leges ciuiles si nescit feĩa miles. Cleric⁹ ⁊ cultor percet sibi iudex ⁊ vltor. Nã rusticitati succurritur in ignorãtia iuris: vt in. l. q̃cũq̃. C. qui admi. ad bo. po. po. glo. i. que allegat ad b̃ iura. Sz ibi catho de saxis cõcludit ꝯ sali. quẽ dicit rustice loq̃. ꝙ rustico ius ignorãti nõ dz succurri: qz dz ꝯsulere ꝑitiores. Si em̃ nõ ꝑcitur mulierib⁹ ⁊ nobilib⁹ ad indulgẽtias eũtib⁹ cũ oporteat ꝯsulere peritos nec rustico eũti ad siluas parci dz sz tñ rusticitati ꝑcẽdũ est. vt. C. de tes. ⁊ quẽ ad. tes. or. l. fi. Itẽ ignorantia dr̃ crassa ⁊ supina ꝑ methaphorã hoĩs crassi ⁊ supini: qui nõ videt etiã ea que ad pedes eius sunt.

¶ Ignominia ẽ ꝟbalis lesio ꝯ honorẽ vel ẽt turpitudo. Et sic dr̃ ꝙ ignominiosuz est ep̃o si q̃rat ab alijs doceri: cũ ip̃e alios docere debeat: vt in auc. de san. epi. §. dam⁹. col. ix. ⁊. xxxvi. di. §. eccc. i. q. i. vilissim⁹. viij q. i. lz. ⁊ ar. ĩ. l. argẽtari⁹. §. ꝓhibet. ff. d. edẽ.

¶ Itẽ dr̃ ignominia ⁊ ꝯfusio ẽ xp̃z crucifixũ pauperẽ ⁊ esuriẽtẽ falsis p̃dicare corpibus ⁊ ieiuniorꝫ doctrinaz rubẽtes buccas tumẽtiaq̃ ora ꝓferre. xv. di. ecclesie p̃nceps

De Il

¶ Illustris ẽ nomẽ noticie eo ꝙ mltis clareat. splẽdore gñeris vl' sapie vl' virtutis q̃uis sit obscure nat⁹ ſm Isi. Et nota ꝙ. iij. sunt noĩa dignitatũ. s. maxuni: vt sunt supillustres: magni vt illustres: medij vt spectabiles: minimi vt clarissimi. ĩ auc. de ap. §. i. ⁊ trib⁹ se. insti. in ꝓhe. §. cũq̃. vbi glo. Illustres etiam dicũtur q̃ sunt de cõsilio ⁊ cõsistorio ĩpatoris. l. quisq̃s. C. ad. l. iul' maie.

¶ Illico dr̃ fieri qd̃ fit añq̃ diuertat se ad alia faciẽda. l. litigatorib⁹. C. de ap. vbi cõcedit̃ illico appellare viua voce in crimĩalibus ⁊ ciuilib⁹ causis etiaz sine scriptis. ff. eo. ti. l. i. §. fi. ⁊. l. a sententia. §. fi.

¶ Illata. i. opposita. de p̃sump. nonne.

¶ Illusio ẽ deceptio vel derisio. cle. vnica cũ illusio. de renũ. vbi cõcor. mlte in glo.

¶ Illiric⁹. i. schlau⁹. s. aliq̃s de schlauonia vid. s̃. colõi illiriciani. ⁊. C. d̃ colo. illi. li. xi.

De Im

¶ Imbecillis est fragilis ⁊ inconstans et dicitur quasi sine baculo.

¶ Impetere est accusare: vt de iureiu. quẽ admodum.

¶ Impitia. i. ignorãtia: de p̃scri. sicut g̃ue.

¶ Immo stat q̃nq̃ correctiue. c. accidẽs vt li. nõ cont. de b̃ tex. iũcta glo. xvi. q. i. p̃dicator ⁊. l. stichus. ff. de manumis. testa.

¶ Impꝑpetuũ: ¶ Impẽse. ¶ Implemẽtũ.

¶ Impossibl'e. ¶ Impubes. Re. j. dẽ. In.

De In

¶ Incapacitas capit̃ ꝑ ip̃a reali ĩcapacitate ꝑ vt nat̃a rei dictat: vel dispõ legis adimit. aut qd̃libz mediũ opari vel significare declarat. ꝟbi gr̃a ꝓmittit̃ vl' legat̃ res sacra ĩcapacitas rei hui⁹ opat̃ ꝙ nõ valz nec in re nec in estimatõe: qz nõ ẽ cõmertiũ rei sacre. l. int̃ stipul ãtẽ. §. sacra. ff. de. ꝟ. obli. Rõ qz res d̃o dicata est ex̃ ꝯmertiũ hoĩum sz ibi legat̃ columna aurea vel marmor pictũ ad ꝯstructionẽ dom⁹ de alia domo non valz legatũ in re lz valeat in estimatõe. l. cetera. §. si duob⁹. dele. i. qz res de se est in cõmertio hoĩz. sz ne destruat̃ vl' deterioret̃ nõ tollit̃ de domo: sz debet̃ extimatio rei. Itẽ si legat̃ p̃diũ qd̃ ẽ incorꝑatũ p̃rimonio cesaris significat ꝙ nulla ẽ dispositio in re vel estimatiõe. l. apd̃ iulianũ. §. fi. dele. i. quia res ẽ simpl'r exẽpta a cõmertio hoĩz nisi de licẽtia p̃ncipis. Item legat̃ vel ꝓmittit̃ res aliena nõ põt solui: qz nõ dñs vl' nimis magno p̃cio vult vẽdere. l. nõ dubiũ. §. fi. dele. iij. qz lz res in cõmercio sit: est tñ difficultas in hñdo ⁊ soluẽdo. Itẽ si legatur iudeo mãcipiũ christianũ nõ valet dispositio nec debetur res vel estimatio rõe ĩcapacitatis vt. l. multũ ĩterest. ff. de. ꝟbo. obli. Et sumit̃ significatũ ex re ⁊ ꝑsona. nã mancipiũ xp̃ianũ iudeo queri nõ põt. C. ne xp̃i. mãci. l. vnica. ⁊. c. i. de iudeis. Igr̃ cõtract⁹ sup illa re null⁹ est ipso iure legatũ nullũ. Sz si iude⁹ legat xp̃iano mãcipiũ christianuz valet di-

BIU Cujas

ſpoſitio in re.l.multuꝫ intereſt.p̃alle.qꝛ ml impedit.Et ſi diceres obſtare qꝛ legãs de bet trãſferre dñiuꝫ.l.vbi aũt.§.fi.ff.de ꝟb. obli.Sed iudeus nõ habet cõmertiũ mancipij chriſtiam ergo nõ trãſfert dñium.Rñ detur ly nõ habeat cõmerciũ vt apud ſe remaneat:habet tamẽ vt ad alium tranſferatur.ꝛ ſic de alijs exemplis

¶ In capita ſuccedere ꝓm hoſti.in ſum.de ſuc.ab inte.§.viſo.ꝟ.quid ſit factũ.Eſt qñ filij p̃moꝛtuoꝝ fratrũ ſuccedũt in portiombus quot ſunt capita:ꝟbi.gl̃a.Tres ſunt filij ex p̃moꝛtuo fratre ꝛ vn⁹ ex alio fratre ſi tm̃ capiat fili⁹ ex vno fratre geniꝰ q̃tum tres ex alio geniti ſuccedũt i ſtirpes ſuas qꝛ quilibet capit certã portionẽ ſtirpis ſue Si vero fratres tot portiões capiãt quot capita ſunt tũc ſuccedunt in capita vide.ſ. in ſtirpes ſuccedere.ꝛ azo.in ſum.C.de hereꝺi.inſti.ꝛ hoſti.ꝛ ſpecu.eo.ti.in tractatu libelloꝝ.verſi.nunc.de collateralibus.

¶ Incõcuſſa.i.inmolata:ſed inconcuſſe.i. quiete ſine interꝓetatione.c.illud. et.c.auditis.de pꝛeſcꝛip.

¶ Incẽdiari⁹ẽ q̃ ob ĩmicitiã aut p̃ter gl̃aꝝ ẽdes arboꝛes.ſiue ſegetes incẽdit.vt.ff.de pe.l.capitaliũ.§.incendiari⁹/Et incẽdiarij p ſiũam ab eccleſia denotati tm̃ a papa ab ſoluunt:de ſen.ex.tua nos.Alias incẽdẽs domũ vel aream vlteri⁹ punit:de unur. c.ſi quis domum

¶ Incidens ꝛ emergens quomodo differant:no.in.c.i.de oꝛdi.cog.ꝛ.c.a nobis.de excep.vide de hoc ſupꝛa emergens.

¶ Incentoꝛ dicit ideo quia ipſe alios pꝛana ſuggeſtione ſuccendit ad vicia:et ꝓſuadendo inflammat ſcõm Iſido.

¶ Incẽtiuũ idẽ eſt qđ appetit⁹:vl audacia ſeu volũtas.de vi.ꝛho.cle.c.vt clericoꝝm

¶ Inceſt⁹ẽ abuſus ꝓſanguineaꝝ vl affiniũm.vt.§.cum ergo.xxxvi.q.i.xxxv.cã quaſi per totum

¶ Inceſtuoſus ꝺr q̃ cognatã vel affinẽ vl etiã ſcẽmonialem nefario amoꝛe vel coitu violat ſeu maculat:ſiue in mr̃imonio ſiue ſine mr̃imonio:vt in.§.p̃al.ꝛ.xxvij.di.virgines.Et de monialib⁹ ẽ pena capitalis.l.ſi q̃s dicã rapere.C.de epi.ꝛcle.ꝛ.l.vnica.de rap.ꝟgi.C.i p̃n.q̃ ſic incipit.Raptoꝛes virginũ honeſtarũ vel ĩgenuaꝝ ſiue iã deſpõſate fuerint ſiue nõ.vel q̃rũlibꝫ viduaꝝ ꝛc. capitis ſupplicio plectendo decernimus.

¶ Incola ꝺr q̃ in aliquã regionẽ domiciliuꝫ ꝓtulit vel ꝫhit ĩ q̃ſi ſedẽ ibi poſitur⁹ vl mãſionẽ:ita q̃ trãſactis decẽ ãnis domiciliũ retinuit.ly ẽt cã ſtudij ibidẽ ſteterit:vt.ff.de ꝟbo.ſig.l.pupillus.ꝛ.l.incola vel qui pꝛoꝓriam terꝛaꝝ colit.Require.§.agricola.

¶ Incolumis ꝺr a noĩe colũna.qꝛ ſicut colũna ẽ erecta foꝛtis ꝛſtabilis:ita ĩcolumis cõſiſt⁹.Et iſta rõe foꝛte fili⁹ ꝺr p̃he in bonis p̃is q̃rtã ĩcolumẽ.i.foꝛtẽ ꝛſtabilẽ:qꝛ fidei commiſſa et legata minus non poſſunt:vt l.ij.cum ibi nota.C.de moſſi.do.

¶ Incuria eſt negligẽtia:cle.qꝛ ꝓtingit.de re.do.ꝛ.c.queſitũ de peni.ꝛ remiſſio.

¶ Incertitudo nichil vl min⁹ ſignificat.qꝛ nichil vel min⁹ oñdit.ideo act⁹ ſub incertitudine poſit⁹ effectũ non ꝫz vel ꝫz q̃ñ quoties pbabili medio incerti fit declaratio vl ſignificatio.ꝟbi gl̃a.Teſtatoꝛ inſtituit heredẽ ꝛ ab eo legatariꝰ magnã ptẽ hereditatis p modũ quote:vel ſingularis rei deide legat ſeio certã ſummã ꝛ non dicit a quo an ab herede an a legatario ĩtelligit ab herede.qꝛ ꝫ ſignificatũ ſum it ex cõi mõ agendi quo heres ſoluit onera ꝛ ſic ex cõi mõ intelligẽ diuideꝫ hers oneraꝝ facit.l.ſi ſeru⁹.legat⁹.§.q̃ margaritã.ff.de le.i.Itẽ ibi teſtatoꝛ legat ſuo libertatẽ ſi dederit decẽ:ꝛ nõ dicit cui certe ĩtelligit q̃ det heredi.l.q̃ pecuniã.ff.de ſta.libe.qꝛ heres ꝫz onus:ideo ꝛ recõpẽſationẽ.Itẽ ibi teſtatoꝛ heredẽ inſtituit:ꝛ rogauit eũ reſtituere oẽm hr̃ditatẽ titio deinde teſtatoꝛ relinq̃t.xv.ſeio ꝛ nõ dicit a quo intelligit⁹ a fideicõmiſſario vel l.ſi.C.ad trebel.ibi teſtatoꝛ hr̃dẽ inſtituit ꝛ vult eũ dare decẽ nõ dicit cui:nõ vz.l.paulus rñdet.ff.ꝺ re.du.rõ qꝛ nullũ ẽ ſignificatũ ex quo ꝓcludi poſſit cui debeaꝫ. iõ nulli debeꝫ.Itẽ ibi.Teſtatoꝛ legauit titio:ꝛ duo ſunt hui⁹ noĩs amici teſtatoꝛis.legatũ vz:

BIU Cujas

ꝯ hꝑes vñ ſoluere cui volueritꝫ nec te nebit alteri niſi pbet teſtatorē de ipo et nō de alio ſenſiſſe. Si aūt hꝑes vult nō tenet ſoluere vni vel alteri niſi pbet teſtatorez de ſe ſenſiſſe. ⁊ ſm b neutro pbāte nō vz lega tū ſeu nō habebit effectū. l. ſi q̄s ſeruū. §. ſi inter duos. ff. dcle. ij. Rō q̄ lz nomē ꝓpriū ei⁹ cui reliq̄tur ſit exp̄ſſiū. tñ ꝓpt̄ ꝓuenietiā noīs ⁊ circūſtantiā in altero remanet icer titudo. Nec pōt dici deberi vtriq; q̄ teſta tor legat vni tñ vt p zex nūero ſingſari. ido niſi b certitudo ꝺclaret nō debet: q̄ nō ap pet cui. Item ibi teſtator legauit titio albo ⁊ deide titio nigro. ⁊. deide dixit titio. ⁊. ſibi legata adimo: nō ꝺeclarādo de quo intelle xerit. nō vz ademptio: niſi doceat de quo te ſtator ſenſerit. l. iij. §. ſi duob⁹. ff. de adi. le. Rō eſt eadē vt. §. i legato facto titio: nō de clarādo de quo: ſz ibi teſtator titio albo ⁊ titio nigro legat domū. deide dicit titio adi mo domū nō declarando de quo: vz ademptio in vtroq; l. ſi fuerit. ff. de re. du. Rō q̄ ſignificatū illō ſumitur ex domo q̄ tota adi mitur: ⁊ tota in legato facto vtriq; cōtine batur. Idō legatū fm vtriq; adimit. Et b ademptiōe tot⁹ legati declarāte illō. Itē ibi lego pauꝑibus. vz. l. idē q̄ pauperibus C. de epi. ⁊ cle. Rō q̄ ſignificatū ſumitur ex pauꝑe declarante quib⁹ relictū eſt. Et licet aliqui ſint pauꝑiores aliis. ꝺeclaratio ta men ſupꝑlcetur arbitrio boni viri.

¶ In quando priuat vel auget. no. Io. an. ꝺe conſue. ad noſtram. Et dat remiſſionez ad Specu. de iur. pa. nobis autē. Sed ple nius no. archi. xl. di. ſi papa. Et q̄ñq; no. in tranſitatem: quandoq; extranſitatem: iuxta alexandrum. In campo curro. ⁊c. ⁊ habe tur ꝓ in. l. fi. cū. in prin. ff. ꝺeleg. i. Quādoq; ponitur pro valde in compoſitione: vt inui gilare ideſt valde vigilare. clemen. paſto ralis de re iudic. c. i. de fideiuſ.. Specu. de diſtin. ⁊ allega. §. poſt hec. ℣. alibi ponitur ibi etiam impꝛſonale ſignificat valde. in terdum ponitur pro non in compoſitione vt iuſtus: iniq⁹ ideſt nō iuſtus nō equus

¶ Incorrigibilis ſcōm bal. dicitur qui nō paret iudici in extremo iuriſdictionis q̄ eſt ſententia. Sed cōtumax dicitur qui nō paret in p̄ncipio iuriſdictionis q̄ eſt cita tio vel in ius vocatio. ſecūdū Anto. de bu trio. dicitur incorrigibilis qui poſtq̄ pen itus eſt condemnatus iterū refertur ad idē crimen. c. vt fame. de ſenten. excō. idem pa tior. licet enim non faciat penitentiaz non dicitur propterea incorrigibilis niſi reuer tatur ad ſimile vel ad peius ꝺelictum. nec faciet ſui preſentiam iudici. c. quoniaz fre quenter. §. i. vt lit. non conteſta. dum enim facit ſui preſentiam vt iudex eum apprehē dere poſſit non eſt incorrigibilis: quia ec cleſia habet adhuc quid vltra faciet. capi tulo cum non ab homine. ꝺe iudi.

¶ Indefinita capitur pro oratione cui nō preponitur ſignum vniuerſale vel particu lare. Et oratio indefinita ſignificat indiffe renter. Quandoq; etiam vniuerſaliter di ſtributiue ſeu collectiue ſeu aliter prout ei⁹ ſignificatum vel materia ſubiecta vel que uis circunſtantia ſeu aliquod medium p babile concludit. verbi gratia. ibi lex loqui tur indefinite dicendo. venditorē tenetur rē tradere vl tenetur ꝺe euictione: vel homici da: vel fur eſt puniendus. ſignificat vniuer ſaliter: quia ſenſus eſt q̄ omnis homo qui eſt venditor tenetur tradere rem. Et om nis homo qui eſt homicida vel fur eſt puni endus. Et hoc patet ex omnibus legibus ſic loquentibus cum earum intellectu. Naz natura legis eſt omnia in quibus eſt medi um ſub eadem regula concludere. Cuz ibi ſit eadem ratio ibi ⁊ idem ius eſſe debeat. l. illud. ff. ad. l. aqui. Itē qua ratione de iſta lege; detraheretur vnus eadem ⁊ alius. ⁊ ſic remaneret deluſoria. et ſic dicit ſeu ideo dicit vniuerſaliter. Differt tamen indefini ta ab vniuerſali ſcōm Bar. quia vniuerſa lis omnia ſignificat ex ſuo proprio ſignifi cato. Indefinita vero non comprehendit omnia ex ſua ſignificatione propria: ſed ex idemptitate rationis interpretatiōe iuris vel diſpoſitione legis: ℣ bi gratia. lex dicit homicidam puniendū morte. Non tamen

BIU Cujas

sub hac lege comprehēditur homicidia iu
ste occidens scilicet ad sui defensionē vl' p
sniaz: vt in.l.i.C.ad.l.cor.de sic.sec⁹ si lex lo
queret vniuersalit' tūc ex ꝓprio significato
ꝯtineret oīa: ⁊ nō iterp̄tatiōe iuris sicut in
definita. Idē cuz ꝓfert' ab hoīe in materia
nat'ali dicendo hō est aīal significat vl'r: qz
sensus est ꝙ oīs hō est aīal: qz significatuz
sumptū ex nat'a in necessario īest omni hoī
idē cū ꝓfert' a lege dicēdo obligatio ē iuris
vinculū: vel actio est ius ꝓsequēdi ⁊c. quia
cuilibz obligationi ⁊ actioni necessario cō
uenit diffinitio. Item ibi in iuditio interro
gat⁹ de pl'ibus criminib⁹ an fecerit. rn̄det
q̄d eorum nō feci: equipollet vl'r: puta sen-
sus ē nichil hoꝝ feci.l.si is q̄ ducēta.§. vtꝝ
ff.de re.du.qz significatū sumit' ex interro-
gatione et respōsione facta ī iudicio. nā rn̄
sio facta ibi debet certiorare ibi interrogā
tē alias nō dr̄ rn̄sio. mō recipiēdo vl'r inter
rogās certiorat': qz rn̄dēs omīa negat. Si
aūt nō recepetur vl'r non certioraretur ali
quo modo: qz nō apperet q̄d negaret ⁊ q̄d
ꝯfiteret. Et sumit' hic significatum ex equi
pollentia. qz negatio preposita signo facit
orōnē eq̄pollere suo ꝯdictorio Nā lz ibi ne
gatio postponat' in ordine scripture: p̄po-
nitur tn̄ in ordine ꝯstructionis: dicēdo q̄d
eoꝝ nō feci.i.nō feci q̄d eoꝝ: ⁊ sic equipol-
let isti nichil eoꝝ feci. iura tn̄ paꝝ intendūt
significatū equipollētiaꝝ. Item ibi. ꝓmit-
to ꝑ heredē meū nō fieri: quo min⁹ tibi ire
agere liceat. hec ꝟba ꝑ heredē meū signifi
cāt vl'r. qz sensus est ꝑ nullū heredē meū.l.
ij.§.fi.ff.de ꝟbo.obli.qz nomē heredis lz ꝓ
ferat' in singl'aritate tn̄ significat oēs here-
des. alias stipulatio non haberet heredi-
tatem nec esset certitudo de quo ītelligeret'
⁊ de quo nō. Itez ibi testator dicit lego ser
uos meos textores: ⁊ oēs sunt textores. si
gnificat vl'r. qz sensus est lego om̄s seruos
meos .l.seruus vrban⁹.§.fi.ff.deleg.iij.qz
significatū hoc sumitur ex accidentia facti
ꝙ om̄s sunt textores. Si autem aliq̄ sunt
textores. ⁊ alij non significat vniuersaliter
omnes textores ⁊ nō vniuersailt' oēs ꝟuos
.l.prealle.qz verbū textores ponit' ad resti
tutionem vt alij nō contineantur in legato
Item ibi testator dicit. lego lanam argētū
significat vl'r vt oīs lana om̄e argentū vi-
deatur legatum. l.si cui lana.ff.delega.iij.
qz q̄ ratione vnū ibi ꝯprehenditur eadē ra
tione ⁊ aliud. ⁊ qua rōe vnū excluditur: ea
dem ⁊ aliud. ⁊ sic nichil significat'. Itez ibi
obligo bona mea. non significat vl'r: qz sup
pellex: filij naturales. ⁊ ꝯcubina nō ꝯtine-
tur.l.obligatiōe.ff.de pig.qz ex natura ista
rum rerū quis ad istas ita afficitur ꝙ nū-
q̄ vel raro obligat. ergo in obligatiōe eas
noluit comprehendere. sed cōprehendunt'
alia que quis solet obligari pro debito. qz
significatū sumitur ex verbis ⁊ cōmuni mo
do agendi seu obligandi. debent em̄ verba
deseruire intentioni. ⁊ nō intentio verbis.
nam per verba exprimitur intentio.xxij.q.
v.humane aures .xxviij.disti.sedulo.i.q.i.
marchion.de verbo. sig. intelligentia. ⁊.c.
preterea. Idez si dicit vniuersaliter obligo
omnia bona mea: qz adhuc predicta nō cō
prehenduntur. Item ibi testator dicit he-
res meus damnat⁹ esto dare significat vl'r
quia sensus est ꝙ omnes heredes tenean-
tur.l.si pluribus.ff.delega.ij. Finaliter er-
go indefinita equipollet vniuersali. de pri-
uile. qz circa.xix.di.si romanoruz.ff.de ꝟui.
l.si cui. ⁊ hoc verum est de indefinita legis
vel canonis ⁊ ius tradere intendentis ta-
lis enim indefinita equipollet vniuersali.
si lege vel canone nō diffinitur.xxxi.q.i. qd̄
si dormierit. Jo.an.no.ꝙ si non est eadez
ratio ⁊ conditio propter aliquod accidēs
omnium particularium in vniuerso com-
prehensorum tunc indefinita non equipol
let vniuersali. verbi gratia. si legatur lana
indefinite nō cōtinetur tincta in legato.l.
si cui.ī prin.ff.delega.iij. sed si legatur om-
nis lana: tincta etiam cedit legato.l. pedi
culis.§.labeo. ff.de.aur. ⁊ ar.le.in glo.su-
per verbo alioꝝ ecclesiasticoruz in.c.vt cir
ca de elec.li.vi.vbi de hoc plene nota.

¶ Ineptie sunt fatuitates.c.qua traditio
ne.xxij.distin.

¶ Indulgentia.notat archidya.ij.q.iij.c.
fi. ⁊ de peniten. ⁊ remissio.c.ij.li.vi.

BIU Cujas

¶ Indoles est quedam ymago future virtutis ꝑm Isidorum proprie dicendo.

¶ Indignari ⁊ dedignari differūt vt patz in.c.vera iusticia.dis.xlv.vñ idignari sapit virtutem:sed dedignari arrogantiam.

¶ Indigna dicitur quasi inde genitus vel quasi in eo loco natus scdm Isidorum.

¶ Inditio est numerus annoruz cōsistens ex tribus lustris. Est autem lustrum quinquēnium ⁊ qualiter possit inueniri inditio habetur in glo.inditionis.c.inter dilectos de fi.instru. Sic em̄ faciendū est annis dñi addas tres ⁊ diuide totū per quindecī:et id qd remanet completa diuisione in numero diuidendo hoc ostendit inditionem in isto seu pro isto anno.

¶ Inducie ꝑm glo.sum.iij.q.ij.sunt quintuplices.s.restitutorie.ꝓparatorie.citatorie.deliberatorie.indicatorie. siue executorie. Et ibi ponitur tempus omnium quam glo.vide supra dilatio.

¶ Index ē ꝓditor dict⁹ ab īdicādo ꝑm Isi.

¶ Indictum est qd indicitur.i.notificatur vt sciatur ⁊ fiat ab indicendo dictū ⁊ sic fit indictum super iudicium ne procedatur.

¶ Indicium est mediū intellectuale veritatis eliciende ex aliqua singulari circūstantia insurgens.C.⁊.ff.de rei vēdi.l.indicia. ⁊ dr ab indicādo:qz indicitur.i.notificatur

¶ Indiem adiectio est qñ quis ita vendit rem vt si quis circa certū diez meliorē partem obtulit conditionis scilicet plusq̄ prior emptor res venditori tradatur vt alij vendere possit cuicunqz velit.vt.ff.eo.ti.

¶ Inexpiabilis dicitur eo ꝙ nunq̄ expietur idest purgetur secūdū Isido.

¶ Inficiator.i.negator.qz nō fatet:sed cōtra veritatem mendacio innititur.

¶ Inficiatio. i.negatio .l.ea q̄.C.de neg. ges. Et inficiari.i.negare. Hinc ē ꝙ dr aliquādo de aliquib⁹ actionib⁹ ꝙ crescūt ꝑ inficiationē:qz ab inicio ꝯpetūt ad simplum hoc est ad rē vl estimationē seu damnū dātū. Et si ille hoc negauerit ⁊ de hoc cōicat ꝯdēnabitur ad duplū:vt in actione depositi in eo ꝙ depositū ē timore ruine incēdij vel naufragij.vide.s. de actio.actio ī fcm̄

¶ Infans est paruulus circa septem annos:vt.l.si infanti.C.de iure delibe.

¶ Infamia ē fame ꝑuatio siue diminutio. Fama nāqz qñqz ꝯsumitur vt ex toto ꝓ extincta habeat.s.cū maxima vel media capitis diminutio īteruenerit.vl sic. Infamia ē cōis opinio ꝟbis ꝓnunciata ex suspitionibus orta. Itē infamia est a liud q̄ scandalū ⁊ plus īportat:qz hoc per purgationem tollit sz in illo purgatio nō īdicitur:de homi. ex litteris in glo. Itez īfamia est illese dignitatis status vita et morib⁹ reprobat⁹ Per oppositū fama dscribit.Re.s. Fama ⁊ de coha.cle.⁊ mu.c. vestra in glo.notorium. Vñ duplex est īfamia.s.iuris ⁊ facti. Infamia iuris est qñ ius dicit aliquē esse īfamē. Sz īfamia facti est qñ apud bonos ⁊ graues viros est opinio de crimīe alicuius.de hoc.l.i.de causis ex q̄bus īfamia irrogatur. Infamia iuris duplex ē.s.ciuilis ⁊ canonica. Et īfamia iuris ciuilis ꝯhit ex sentētia crimīs publici.s.diffinitiua . nō āt ex snīa īterlocutoria nec arbitri. Etiā qñqz ex sentētia criminis ꝑuati vt furti vel iniuriaꝝ. Etiam qñqz in facto absqz sententia quis īcidit in infamiā. Infamia canonica ꝯtrahitur ex quolibet peccato mortali. Et qñ infamia ⁊ que repellat testē a testificando ī causa criminali vel ciuili. Crimīaliter seu ciuilit intētata.nota in.c. testimonium de testibus

¶ Infra.no.ꝑ Inno.de fi.instru.īter dilectos.⁊ Joh.mona.de excep.pia.sup.versi. octo.li.vi.ibi habes quādo includit vel excludit.⁊ Joh.an.de cle.coniuga.

¶ Infinita ī multis iuris regl̄is ꝓhibetur de rescrip.cū in multis.li.vi. Et exēplificatur de reli.domi.c.vlt.⁊ eo.ti.c.religionez li.vi.de testi.cū cāz.⁊. c.significauerit.ff.de testi.l.i.ī fi. Itē in relictis ꝓ redēptiōe captiuoꝝ:vbi etiā restrīgitur īfinitas. Itē cū multitudo peccauit. Item non onorat heres in īfinitū fideicōmissuz soluere. Itē in stipulatiōe damni īfecti nō debet q̄s in īfinitū esse obligatus:⁊ sic de alijs ⁊ merito

BIU Cujas

reprobatur ĩfinitas: qꝛ multitudo est cano
nibus inimica. de prebẽ. qꝛ intãtũ ⁊ onero
sa multitudo nichil hꝫ honesti. ĩ auc. de re
feren. pala. §. ꝓpterea igr̃. col. ij. ⁊ de h̃ ha-
bes plẽs cõcordãtias: de eta. ⁊ qua. c. pe.
nid̃ de h̃ ꝑ Jo. an. ĩ glo. c. cũ in mltis p̃alle.
¶ Infula sumitur ĩterduꝫ ꝓ corona impia
li. C. de qua. prescrip. l. fi. in fi. Qñqꝫ pro al
ba fasciola sacerdotalis capitis ꝑm glo. in
cle. ij. de vi. ⁊ hone. cle. capitur etiã pro mi
tra episcopi vel abbatis: ⁊ significat altitu
dinem sapientie qua precellere dꝫ episco-
pus. i. q. vij. ꝯtrauenientib⁹. i. q. i. vilissimus
xxv. dis. §. nũc autẽ. lxi. dis. in sacerdotib⁹. ⁊
duo cornua ei⁹ significãt duo testamẽta. s.
vetus ⁊ nouũ: q̃ episcop⁹ debet mẽorialiter
tenere. xxiij. dis. qui eps̃. Et duo pẽdula q̃
sunt in posteriori parte significãt memori-
am duplicẽ. s. mãdatoꝝ diuinorũ. xliij. di.
sit rector. Et peccatorum suorum ad com-
punctionem de pe. dis. iij. iudas in fi.
¶ Ingeniosus dicitur quasi intus habẽs
vim gignandi quam liber artem ꝑm Jsido.
¶ Ingenuus est cui ex natiuitate ꝯpetit li
bertas qui nõ est factus liber sꝫ nat⁹. insti.
de ingenu. in p̃n. Vide de hoc etiã Azo. in
sum. C. de ingenu. vel est qui statim quãdo
nascitur liber ẽ. de ser. nõ ordi. c. instituen-
di in glo. i. Et ingenuitas dicitur libertas
de purga. cano. c. i. in glo.
¶ Inita. i. contracta de pac. c. anthigenus
¶ In integrũ restitutio est prioris status
quẽ facit p̃nceps reĩtegratio vel iuris prio
ris per quã subuenitur in morib⁹ ecclesijs
vt in. l. i. C. de sen. pas. etiã est audientie re-
integratio scd̃m Spe. eo. ti. ⁊. l. q̃ si minor.
§. si restitutio. ff. de mino.
¶ In integrũ restituere est reducere in eũ
statum in quo erat ante lesionẽ: de in inte.
resti. c. auditis. in glo. fi. ⁊ per hũc modum
subuenitur minoribus ⁊ ecclesijs. C. de re-
pudia. l. i. ⁊. C. de in inte. restitu. l. postula-
ta. Et quãdoqꝫ ex legitima ⁊ iusta cã sub-
uenit̃ etiã maioribus: vt. ff. ex quibus cau.
maio. per totũ. Et sic intelliguntur. c. ex lit
teris. eo. ti. ⁊. c. cum Bertoldus. de re. iu-
di. ⁊. c. significante. de pigno.
¶ Iniuria vno modo gñaliter dicitur esse
illud qd̃ nõ fit iure: ⁊ dicitur. quasi nõ iure
factum. Secundo iniuria specialiter dici-
tur culpa vt ĩ. l. aquil. Tertio dicitur iniqui
tas vel iniusticia iudicãtis: vt insti. eo. ti. in
p̃n. Quarto dicitur contumelia. vt. ff. de in
iur. l. i. in prin. ⁊. l. apud labeonẽ eo. ti. Di-
cit̃ g⁹ iniuria q̃si ius iniquũ ex eo sic dicta q̃
iure ⁊ iusticia caret. Fit autẽ iniuria tribus
modis scilicet. re: verbis: ⁊ litteris. Re vt
cũ manus inferuntur vt dicta. l. i. §. i. Ver-
bis vt cum fit cõuicium: vt in. §. i. iam alle-
ga. quod fit a concitatiõe vel cõuentu: hoc
est a collatione vocũ. Cum em̃ in vnũ plu-
res voces cõferuntur: cõuiciũ dicitur qua
conuentum. Et fit cõuicium nõ tantũ pre-
senti: sed etiam absenti: vt vociferando vel
alios ad vociferandum concitãdo contra
certam personã: vt. l. i. ⁊. l. apud labeonem
§. conuicium cum. §. fecisse. ff. de iniur. In-
iuria litteris fit cum quis ad infamiã ali-
cuius libellum vel famosuꝫ carmen vel hi-
storiam conscribit: vt. ff. de iniur. l. lex cor-
nelia. §. si quis verborũ. Require supra fa
mosum carmen. Itẽ iniuria triplex est: vna
leuis: vt si modico ictu quis a patre vel su
periori percutiatur. alia atrox vt si aliquis
a minore se fortiter vel etiam modice ver-
beretur: vel in cõspectu iudicis: vel oculo
aut membro priuetur. Et hic dicitur pluri
bus modis: vt premissum est.
¶ Iniuriaꝝ acto. Re. s̃. actio iniuriarum.
¶ In ius vocare est in ius causa iuris ex-
periendi vocare apud eũ qui ius dicturus
est: vt experiatur actor: an ius sibi compe-
tat: an non. vide de hoc Azo. in sum. C. eo.
titu. ⁊ habetur. C. ⁊. ff. eo. titulo. l. i.
¶ Inibi est aduerbium cõpositum. Etiam
quãdoqꝫ est nomen libri quem composuit
Ouidius cõtra ibidem aduersarium ⁊ cor
riualem suum quem vituperans ibim no-
minabat: quia ibis idest ciconia q̃ est auis
vituperabilis ⁊ immũda adeo quod eius
ĩmundiciam exprimere noluit ꝑm Joh. an.
ĩ cle. i. de re iudi. ĩ glo. ꝟ. inibi. vbi hec poĩt

BIU Cujas

¶ Inhiatio est frequens requisitio. C. de pe. bo. subla. l. i. lib. x.

¶ In litem iurare est suo arbitrio prestito iuramento pro tanto nolle carere vel rei extimatione ⁊ suuz interesse singulare facere ⁊ hoc infinita taxatione facta per iudicez: vt. l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iuran. ⁊. l. arbitrio. ff de dolo. ⁊ ita hoc iuramentuz fuit affirmationis: in qua opi. fuit glo. ff. de in lit. iur. super rubri. licet contrariuz teneat dominus Jaco. de rauē. in eo. ti. li. ij. per hoc de eo. no. plene vel rei estimatione: ⁊ suū singulare interesse facere.

¶ Innoxius est qui non nocet. sicut noxius nocens dicitur.

¶ Innocuus dicitur cui nocuum nō fit secundum Jsido. libro. x.

¶ Inofficiosum testamentuz dicitur quod factū est cōtra officiū pietatis: vt. l. ij. de in offi. testi. quo scilicet extraneus heres inscribitur alias instituitur. Idem si nō est extraneus vt. l. licet is. §. i. ff. eo. titu. Filiꝰ vero proprius aut preteritur aut inique exheredatur: hoc est quādo pater vel mater fecit testamentum. Idem vt filius in testamento patrem sine causa exheredat. etiam si fratre frater exheredat tribus personis institutis in duobus casibus. ⁊ dicitur testamētū inofficiosum: vt instit. eo. titu. §. i. ⁊. ij. Officium eñ inter patrez ⁊ filium dicitur pietas. ff. de obse. prestan. l. penul. inter patronum ⁊ libertū dicitur obsequium C. de neg. gest. l. fi. inter deum ⁊ hominē dicitur religio. in tex. hominē ⁊ hoīem stat in nomine generali: vt ꝙ debet homo homini ex natura. ff. de ser. expor. l. seruus. vide Acc. per ordinē hic notantē in glo. ff. eo. ti.

¶ Inofficiosa donatio dicitur que contra officiū pietatis facta est. et fit ad similitudinem inofficiosi testamenti: vt. C. eo. ti. l. i. ⁊ per to. ti. se. quia pena liberi vel parētes excludūtur a bonorū subsidio vel ex proposito donātis: vl're ipsa qđ ꝑ se sufficit ad reuocationē donatōis. licet propositū vel cōsilium donātis nō interueniat. iuxta no. in l. si liqueat. in glo. C. e. ti. vide de hoc ibidē

¶ In presentiarum habetur in. l. de etate. §. ex causa. ff. de interroga. act.

¶ Imperpetuū quādoqz significat donec viuo. ff. pro socio. l. i. quādoqz significat ꝑ infinita secula etiā post mortē scđm glo. in verbo perpetuatur in. §. at si ita institu. de verbo oblig.

¶ Impense ꝑm azo. in sum. de rescin. vēdi. dicte sunt ab impendendo. Et sunt triplices: quedam necessarie: quedā vtiles. quedam voluntarie. Necessarie dicuntur quibus nō factis res erat peritura: vel que si facte non essent res longe deterior effecta fuisset vt in. l. impēse. ff. de verbo. sig. verbi gratia. Cōduxi a te domū que ita ruinosa erat ꝙ nisi releuassez eā erat casura. he impense dicuntur necessarie: ⁊ ipas repetā ꝑ cōtrariā actionē cōducti. Utiles dicuntur quibꝰ nō factis res nō erat ꝑitura: sz ipsis factis melior efficit. vt pote si faciam fenestras vtiles in domo: vel silia. faciūt ergo iutiles īpēse rē deteriorē eē meliorē Volūtarie dñr quibꝰ nō factis res ñ erat ꝑitura nec ipis factis res efficit melior: sz bñ a me mior: vt pote si facio ꝑituras in domo mea he nō repetūt nec deducūt: q̄uis secꝰ sit de necessarijs ⁊ vtilibꝰ. Sz has licitū ē michi abradere sine lesione ꝓoris statꝰ si abrase pñt michi aliquā vtilitatē afferre. alioqui nō esset michi licitū: quia malicijs hoīum qui nichil aliud querunt nisi vt noceāt nō est indulgenduz sed obuiandum ⁊ sibi imputet qui eas fecit: quia donare videt iuris fictione: vide supra expense.

¶ Implemētū sumit ꝓ īplemēto ꝯditōis ⁊ h mō significat actū ne dū eē purificatuz īmo ⁊ hereditatē eē acq̄sitā vel legatū. l. iā dubi ari. ff. de here. insti. Sed ibi instituo vel lego si capitoluz ascenderis impletur ꝯditio. hoc īplemētū significat purificationē actꝰ ⁊ nō acq̄sionē. l. ante penul. ff. de cōdi. insti. Si aūt cōditio esset grauis puta si alexandriā ierit. si centū dederit tūc implemētū significat ēt acq̄sionē: qz significatū sumit ex onere magne ꝯditōis quā nullus cōiter īpleret nisi post deliberationē acq̄rē

BIU Cujas

di. Item dic q̄ i legato lz impedimētū ꝓditionis tñ significet purificationez. Tñ per hoc etiā importat acquisitionē ꝓmutabilē scz trāsmissionē legati si decedit: qz ꝓditione purificata legatū trāsmittit. l. vnica. §. sentētia. C. de cadu. Secus in hereditate: qz illa nō addita nō trāsmittit. l. qm̄. C. de iure delibe. Itez ibi pupillus est īstitutus sub cōditione si ierat Alexandriā que distabat per .xx. vel .xxx. dietas: lz cōditio sit grauis attamē hoc ipl̄ imētuz significat tñ purificationē. qz nō plus pōt significare licet eñ pupillus hoc fecerat aīo acquirēdi hereditatem: nō tñ sibi acquiritur: qz nō pōt adire sine tutoris auctoritate: Sed i legato secus: nā sibi acquireretur. l. pupill⁹. ff. de cōdi. īsti. iuncta. l. ꝓditionib⁹. ff. de cōdi. t demō. Sz ibi pupillus filiusfamilias vl̄ seruus est īstitutus a pfe vel a dño sub cōditiōe adimplet ꝓditionē: hoc implemētū trahit acquisitionez: quia purificata īstitutione nō est in cuius volūtate vel potestate acquirere vel nō acquirere. vñ necessarius est heres. vt īsti. de heredi. qua. t differen. §. i. Nec obstat q̄ nō pōt acquirere sine tutoris auctoritate. Sz hoc veruz est ibi p se sibi acquirit. Sz hic iure cuncti sibi queritur etiā eo inuito: t sic de alijs. Finaliter ergo ipleme tū conditōis vel modi significat q̄ ipm factū ipsa cōditio vel modus seu significatum: alias vndecūq̄ sumptum significare dictat

¶ Loculus eſt burſa vt marſupiū. in. c. ñ
ō depoſi. in glo. dōs loculos habuit. vt in
digentibus ſubueniret. xij. q. ij. Dominus
loculos faciat.

¶ Locator eſt ille qui rem aliquam pro

certo precio vel certa mercede alicui vtendam pcedit vel alium re sua mercede sibi cõuenta vti permittit: vt cum loco tibi domũ meaz ad habitandũ in ea ego dicor locator. Tu vero qui sic vteris seu ad vsum recipis conductor nũcuparis. vt in. c. i. de loca. ⁊ conduc.

¶ Locati actio. Re. s. Actio locati.

¶ Locuples. Re. s. bona liberor.

¶ Locus religiosus. Rc. j. Religio.

¶ Locus sanctus dicitur qui firmus est: ⁊ virtutib⁹ munitus dño quidẽ q̃ sanctũ est. s. a sanguinib⁹. i. a peccatis ĩmolari dz de quo insti. de re. diui. §. sancte q̃z res.

¶ Locus insignis ſm Jo. an. in. c. statutũ de rescrip. li. vi. est ciuitas. lz ibi nõ sint' periti. Et de hoc dat ibi rationẽ. Sed scõm Inno. Hosti. Abba. non sufficit esse ciuitatem nisi sit ibi copia peritor. Cõpo. dicit sufficit si de vicino pñt loco hẽri piti. Paulus de lizar. in cle. vnica. de fo. cõpe. dicit insignẽ locũ in quo põt copia hẽri necessarior pro cõpo familia ⁊ equitib⁹ suis licet non sit copia peritor.

¶ Loci adiectõ signficat diuersimode disponi. Vbi gra. testator dicit. Titio lego cẽtũ q̃ sibi volo solui de pecunia quã habeo in tali loco puta tali castro tali arcba. Et si in illo loco nichil est: tũc nichil debetur. si min⁹ est nichilomin⁹ tota pecunia debeť l. quidã testamento. ff. de. l. i. l. lucius. ff. de ali. ⁊ cibo. lega. vbi testator legauit alimẽta libertis postea scripsit q̃ ex certis fundis percipiãtur si nõ pñt pcipi ex illis fundis alunde debẽt suppleri. facit. l. paulo calumacho. §. fi. ff. de. l. iij. Ratio: qz locus hic apponiť ad demõstrationẽ vñ solutio fieri possit: ⁊ non ad taxationẽ seu restrictionẽ legati ẽrc legatũ nõ restrigiť. Etiã qz legatũ fuit factũ i genere ⁊ sic remanet in genere: ⁊ adiectio loci refertur ad designationẽ fiende solutionis. Et q̃ delegato dicť. idẽ in cõtractu intelligiť paritate rationis. vt si dicatur. promitto tibi centum soluenda de pecunia quam habeo in tali loco. Et ibi lego vel promitto decem que habeo in archa si nichil est nichil debetur. Si minus est illud tm̃ debetur. l. si seruus. §. qui quinq⁹. ff. de. l. i. Quia locus adiicitur summe imediate. ⁊ p̃ b̃ significat q̃ illa summa que ibi ẽ debebať ⁊ nõ alia. Unde testator vel promissor se refert ad illud corpus pecunie qõ ibi est. Et ideo si nichil est nichil debetur vel quatenus est ea tenus tm̃ debeť. Cetera multa exẽpla ponit petr⁹ burgũdi. §. sacramẽta. l. interstipulantẽ. ff. de ver. obli. Et finaliter loci adiectio optatur qõ ratio dictat vel lege disponitur vel prout volũtas disponẽtis dictat quã quoduis mediũ probabile declarat. vt. l. cum certus. ff. de vi. tri. ⁊ ole. lega. l. si debitor. §. i. ff. de ptrahẽ. emp. ⁊ vẽ. l. eus q̃ kalendis. ff. de ver. obli. l. legatũ. §. vim. ff de annu. lega. l. ex eo. ff. de vi tri. ⁊ olc. leg. cum similibus.

¶ Logographus. i. scriptor publice rationis. Et dicť a logos sermo. vel lexis ratio: ⁊ graphos scriptura. Et scõm accur. in rubri. C. de tabel. scri. ⁊ logo. li. x.

¶ Longa consuetudo est que. x. vel. xx. annis inducitur. ⁊ multomagis longiori tẽpore. vt si. xxx. vel. xl. annis perdurat.

De Lu

¶ Lucrificare. i. acquirere.

¶ Luere. i. liberare vñ dr. pign⁹ luitur. i. liberatur. Alio modo accipitur pro puniri. vnde dicitur. luio penas. i. punior. vnde Ere luo pignus. penas cruce. luce tenebraſ. Dicitur ⁊ luere qõ saltur vt outs. de primo significato vide insti. de lega. §. sed ⁊ si rem.

¶ Lugubrare. i. vigilare. ⁊ nocti proprie attribuiť. sic dicit. luna habz radios lugubres. ⁊ sol claros. vide insti. de lega. §. nostra. in tex. ⁊ glo.

¶ Lustrum est spacium quinq⁹ annorum Unde dicitur. Indictio cõstat ex tribus lustris. id est. durat ad. xv. annos. vt de fide instru. inter dilectos. vide supra indictio.

¶ Luxuria. nota Archidia. de consuetu. c fi. li. vi.

De Oda

BIU Cujas

Machinatio vide supra dolus. Et est quasi astutū ingeniū. Quid em̄ est q̄ hō sel' dedit' malicie non adinueniat: in auct'. vt hi qui obse. hr̄e perhi. res mino. post prin. coll'. vi.

¶ Magister nauis. Require. s̄. actio exercitoria. ⁊. C. eo. ti. l. vnica. li. xij.

¶ Magistri scrineoꝝ dicebant' q̄ scrineis sacri imp̄ij p̄positi erat. Vel sunt pragmaticarij sic dicti. qꝛ pragmaticas sanctiōes illas scꝫ q̄s p̄ncipes faciebāt ⁊ statuebāt ꝯsilio procerū suoꝝ scribebāt ⁊ exēpla eorum in scrineis reposita ad memoriā custodiebant.

¶ Maior dr̄ ille qui. xxv. annoꝝ impleuit etatem. de quo no. insti. de cu. per totū. ⁊ ꝑ doc. de resti. in integ.

¶ Maiuma est lud' qui vigebat in maio Et dicūtur a maio. vel maiuma grece: latine ingressus scꝫ estat] qn̄ herbe frondesq̄ virentes letificat. Inde venit maius. C. de maiuma. in rubri. li. xi.

Maior pars attenditur quo ad numeruꝫ ⁊ sanior quo ad zelū iudiciū. Vel pōt dici maior pars q̄ maiori innititur rationi. vt xi. di. sana. ⁊. c. multi.

¶ Magones siue vētilarij sunt q̄ in s̄uis emēdis vel vēdendis mercationē exercēt

¶ Magi sunt qui vulgo malefici ob facinoꝝ magnitudinē nuncupant': hi sunt q̄ ꝑmissu dei maleficio elemēta ꝯcutiūt. Turbant mentes hominū mui' ꝯfidentiū ⁊c. xxvi. q. v. Nec mirū. Et ibi q̄ sunt nigromātici. idromantici ⁊ de augurijs ⁊ auruspicijs q̄ oīa ibi reprobātur. Dicit em̄ Aug'. ex libro de ciuitate dei. ibi ad finē. Qd̄ ido quisq̄ nō dꝫ eis credere, qꝛ aliqn̄ eueniūt que p̄dicunt, aut sanare vidētur infirmos aut ledere sanos. aut qꝛ hoc ꝑmissu dei fit vt ipsi qui hoc audiūt. vel vidēt ꝓbentur. Et appareat quali fide. vl' deuotione sint in gratia erga deum. Hec ibi.

¶ Maccellare est mactare vel trucidare. Inde dicuntur maccellarij qui pecora vel quadrupedia mactāt: vt est glo. v. in cle. i. de vita ⁊ hones. cle.

¶ Magister dicitur qui pre ceteris alicuius rei siue negocij curam gerit. Et interpretatur sillabaliter quasi in maiori statu existens. Sed litteraliter sic. quasi manuꝫ acram gerens inter scolares tenens eos rigide. Scd̄m glo. vero. c. i. de magistris. dicitur a monendo: siue a monstrando: vt. ff. de verbo. signi. l. quibus vim.

¶ Maledicus est qui obloquitur de hoīe detrahendo ei: ⁊ eum obloquijs deprimēdo. vt. c. i. de cleri. male. Summa autē iniquitas est detrahere. Et omnis qui detrahit fratri suo homicida ē. vi. q. i. c. summa. Et detractores fratruꝫ homicide sunt. de pe. dis. i. homicidioꝝ. Non tamē semp peccant maledicentes. vt. xxiij. dis. c. in nomine dn̄i. in fi. vbi ponitur longa maledictio Quia maledicoꝝ duo sunt genera. c. cum sancti. xxiiij. q. iij. Omnis em̄ blasphem' dei ⁊ sctōꝝ maledict' est. c. statuim'. eo. ti.

¶ Malleatores adulterine monete sunt qui falsam monetam malleant.

¶ Mancipiū est seruus vel ancilla. ⁊ est neutri generis in voce: sed cōmunis generis in significatiōei ⁊ dicitur quasi manucapium. Et dicit' mancipiuꝫ om̄e qd̄ manu capi potest: sicut homo. equ'. ⁊ hoc generalr̄ sed specialiter tm̄ significat hoīes: qꝛ tales erant serui capiētium eos in bello iusto.

¶ Mancus est defunctuosus. Et scd̄m Catholicum dicitur quasi manu carens. vt cui manus abscisa est. vel is qui est in becillitate dextra facilius vtitur sinistra. ff. de edil'. edict. l. qui clauum. §. penulti.

¶ Mandatum scd̄m Azo. est officium ab eo qui gratuitum gratis suscipit exhibendum. Et dicitur mandatum: quasi manu datum. Quod enim aliquis per se facturus erat alij gerendum committit. Et contrahitur solo consensu. Et nota q̄ mandatū posteri' factū nō derogat p̄uilegio nisi de h̄ faciat mētionē. c. graue. de offi. ordi. Itē ꝑ mādatū gn̄ale nō ꝓhibēt' nisi illicita c. sup q̄busdā de v̄b. si. Itē tm̄ valet māda

tū gñale quo ad oīa: quātū ſpāle ad quedā
ō vo. ꝛ vo. redē. c. magnc. §. rei. Itē rei tur-
pis mādatū nullū eſt. ff. man. l. uj. Item qñ
mandatū vel pactū vnū ꝓtinet i ſe duo quo
ruꝫ vnū eſt poſſibile ꝛ alterꝫ ipoſſibile non
obligat in ꝓctib⁹ vt ſi ego eriſtēs Rome, p
mitto tibi bodie dare. r. erfordie. Sꝫ qnqꝫ
obligat in iudicijs vt ſi iudex mādat alicui
qđ ꝓpareat coꝝ eo die ipoſſibili tūc tenet
ꝓparere die poſſibili ſm hoſ. c. dilecti ō do.
ꝛ ꝓtu. Itē q̄ exequit mandatū nō debꝫ exce
dere fines mādati: inſti. manda. §. ſi is qui
Itē mandatū ſpale derogat gñali. Etiaꝫ ſi
de eo nō facit mētionē. c. paltoral' ō reſcri.
ſm Ber. i queſtiomb⁹ ꝛ hoc fallit in quat-
tuor caſib⁹. Prīo in mādatis gñalib⁹ que
ſunt effectu ſpālia. c. ex pte. de of. dele. Sc
cūdo in ꝓuilegijs. de reſcrip. cū ordinē Ter
tio qñ res nō eſt itegra. Quarto in legatis
ff. de ſuppel. le. l. uj. Et differūt mandatum
uſſio ꝛ ꝓceptū qz uſſio ipoꝛtat neceſſitatē
nec finit morte tubētis: qz ſucceſſoꝛ id face
re tenet. Mandatū ꝝo ipoꝛtat liberā obſe
quēdi volūtatē ꝛ finit morte. vnde. ꝓceptū
nō ꝓcipitat morte ꝓcipiēt. Mandatū man
datoꝛe cadente cadit. vt no. de reſcrip. cā te
ꝛ. c. in his. de ꝝbo. ſig. Quidam tñ dicūt q̄
tam ꝓceptū q̄ mandatū finitur morte ſi no
minibus expreſſis ſcribentur ſm Jo. and.
rubj. q. i. quod ꝓcipitur.

¶ Mandatoꝛ dī ille q̄ aliud mādat alicui
vt ſibi vel alij aliq̄d faciat. Re. ſ. fiducīſoꝛ

¶ Mādatariꝰ eſt q̄ mādatū ſuſcipit adim
plendū ꝛ qñ mandatariꝰ accuſatꝰ de crimie
ꝓuenire poſſit ex ſua ꝓſona vide. l. non ideo
min⁹. C. de accu. ꝛ no. in. c. mulieres. ꝛ. c. vt
fame. de ſen. exc. ꝛ inter iſtas oriunt actio-
nes hinc inde: qz illi cui ſic mandat alteri
ꝓtra illū qui mandatū ſuſcipit adiplenduꝫ
Cū prīo cogi nō poſſit q̄ reciperet manda
tū. Cōpetit actio mandati directa inquan
tū eis interfuit factuꝫ fuiſſe qđ mandabat
Rurſus ipſi mandatario q̄ mandatū ſuſci
pit ꝓpetit actio mandati ꝓria ſi quas expē
ſas fecit vel ipenſas rōe mandati ſuſcepti
inquātū nō exceſſit fines mandati. Si ꝝo
mandatū exceſſit ipenſis factis ipſas non
repetet per actionem mandati contrariaꝫ
Sed inquantum vtiliter expendit p actio-
nem negociorum geſtoꝝ repetet.

¶ Manifeſtū eſt publica vel famoſa, pcla
matio ex certa ſcientia ꝛ certi auctoꝛitatib⁹
pluriū. ꝛ pōt manifeſtū, pbari per mltos
teſtes vel auctoꝛes nō tamen p tot quot fi-
at notoꝝ vide glo. uj. in. c. cōſtitutionū de
ꝝbo. ſig. li. vi. ꝛ. vi. q. j. c. placuit. Spe. t. de
noto. crim. §. ſequit de manifeſto. circa ꝑn.
vbi dī manifeſtū ē qđ pꝫ plurib⁹ ſꝫ nō oīb⁹
Sed notoꝝ omnibus patet. Et nota in
l. caues. C. de appe. p Bul. ꝛ Butrigarū.

¶ Manifeſtū vel palā teſtari dī q̄ nō i pu
blicū ꝑedē noiat. ſed coꝝam teſtibus qui
ad ſolennitatem ſufficiunt teſtatur.

¶ Manet. i. tenet vel aſtringit. c. cū laicis
de re. eccle. non alie. Vbi dī q̄ laicis q̄uis
religioſis diſponēdi de reb⁹ eccleſie nō eſt
data ptās apud quos obſequendi manet
neceſſitas nō auctoꝛitas impetrādi de cō-
ſti. c. eccleſie ſancte marie.

¶ Manſer ē illegitim⁹ ꝓprie de ſcoꝛto na
tus ſm hoſ. q̄ſi vulgo queſit⁹. vñ ꝫ Abba.
Manſerib⁹ ſcoꝛtū notis mechus dedit oꝛ-
tū. Ut ſeges a ſpica ſic ſpuri⁹ fit ab amica
Dant naturales que nob ſunt ſpāles. c. mi-
ſi cū prīdē. de renū. in. §. pſonc. i fi. vbi glo.

¶ Manſus ſm vulgare ut alicoꝝ dicitur
quantitas terre que duobus bobus ſuffi-
cit in anno ad laboꝝandum.

¶ Manumiſſio ē datio libertatis. i. detec-
tio. ff. ad acqui. re. domi. l. adeo. §. cū quis
in fi. Sꝫ ſm Placē. Jo. ꝛ azo. datur ſeruo
libertas qua prius nō habuit alias nō di-
ceretur dari ſibi. ff. de acti. §. ſic itaq;. l. i. et
glo. i iſti. de ꝝ. dato libe. i vbi vide vtrū q̄s
det quod non habet. ꝛ. c. i. de ſup. neg. pla.
vbi prō et contra de dño dante vſufructuꝫ
formaleꝫ ꝛ de creditoꝛe tranſferente domi
nuꝫ pignoris. Et manumiſſus dicitur qui
eſt liberatus a manu ꝛ poteſtate dñi. Nam
quādiu in ſeruitute eſt ſub manu ꝛ poteſta
te dñi ſui eſt. Sed poſtq̄ manumiſſus eſt
ab illo liberabitur: ergo dicit q̄ſi extra ma-

BIU Cujas

mm.l.poteſtatē domini ſui miſſus. Et talis dr libertꝰ dñi ſui: ꝛ dñs patronꝰ eius.

¶ Manumiſſio teſtamentaria dici pōt oē illud qdcūqꝫ ex cā teſtamenti p̄eſtat. Vel ꝑpr teſtamentū ꝓtingit. Et nota de hoc qd̄ fiat manumiſſio int amicos req̄runt quinqꝫ teſtes. C. de lati. libel. tol. l. vni. §. ſancimus. Verū eſt in vltima volūtate. Sed ad manumittendū inter viuos ſufficiunt duo teſtes. vt no. in glo. ꝛ. §. ꝛ. l. p̄ealle.

¶ Mannalis obedientia. no. de maio. et obe. his q̄ de reſti. ſpo. olim cām quā ſubdi ti tenētur p̄latis ſuis ſine ſcriptura ꝛ iuramento. vt no. i. c. legebatur de maiori. ꝛ obedientia.

¶ Mappa ē oꝛnamētū equi ꝛ ſunt lintheamina alba quibus cooperiuntur equi cardinalium cum faciunt p̄ceſſionem.

¶ Manipula eſt qd̄daꝫ oꝛnamentū quod impatoꝛ. Cōſtantin⁹ cardinalib⁹ conceſſit. Alij dicūt manipulā eſſe mitrā epiſcopalē vide ſpe. in rōnali diuinoꝝ. li. iij. ſub Rubꝛica de manipulo ꝛ videbis pulcherrima.

¶ Maſſaritia eſt idez qd̄ ſuppellex videlz oē vtenſile dom⁹ cui⁹ appellatiōe veſtis nō ꝓtineꝛ. vt. l. ſi qs in fundi. vocabło. ff. ōle. i.

¶ Maſticonium eſt domus vbi lepꝛoſi cōgregantur.

¶ Maſculinū ꝓcepit femininū. ff. de lega. iij. l. qui duos. ꝛ. c. gñali. de elec. li. vi. ꝛ. l. q̄ cunqꝫ. C. de ſer. fugi. ꝛ ſignificaꝛ p dictionē maſculini generl. ℞ bi gꝛa ibi. Filijs meis do tutoꝛes: etiā filie ſignificanꝛ. ff. de teſta. l. ſi ita. Rō eſt volūtas ex equali affectione ꝓuidendi eis vt tueanꝛ ꝛ bona ſua ꝓſeruēꝛ. Sz ibi filios meos exheredo. maſculinū nō ꝓcipit femininū: qꝛ filia nō ꝓpꝛehēditur. l. i. §. q̄ritur. ff. de ven. i poſ. mittē. qꝛ maſculinū de ſe, platū nō ſignificat femininum nec eſt ibi aliqua coniectura, ꝓbabilis qua hoc cōcludaꝛ: ſz eſt odiū exheredationis qd̄ dictat ſignificatū ℞ bi nō extendi. vt in regula odia. de regu. iur. li. vi. Item ibi q̄ cunqꝫ ut vel ꝓpꝛicit de nocte p feneſtā nocēs ſoluit decem. ſignificaꝛ etiaꝫ feꝛa. l. q̄cunqꝫ p̄al. Et ſumꝛ ſignificatū ex paritate delicti Sic ibi. Virū ſanguinū ꝛ doloſum abhoꝛmunabiꝛ dñs ꝓpꝛehendiꝛ etiā femina rōne delicti qd̄ odit ēt deus in mulieꝛib⁹. Iz ceteris paꝛib⁹ magis peccet maſculus q̄ femina qꝛ rō naꝛaliter in eo plus dñatur. Et ergo in crimine leſe maieſtatꝰ crimino ſus punitur ꝛ filij ſui: vbi ēt filie cōpꝛehendūtur. Mitus tñ puniūtur femine. l. quiſquis. C. ad. l. iuꝛ. maie. Item ibi ſi michi filꝰ natus erit ex beſſe: heres eſto. ꝛ ex triēte vꝛoꝛ. Si vero filia naſcetur ex triente: heres eſto. et ex beſſe vꝛoꝛ ꝛ filius ꝛ filia naſcuntur hereditas diuiditur in ſeptem ꝑtes: vt filius quattuoꝛ: vꝛoꝛ duas: ꝛ filia vnā habeat. et ſic vꝰ voluiſſe teſtatoꝛ. nam appellatione filij nō continebatur filia. l. ſi ita. ff. de liber. ꝛ poſthu. Nec ibi ſignificatur femina dicēdo quis poteſt eſſe aduocaꝰ in etate. xvij. annoꝝ. patet ex edicto de poſtulando quo ꝓhibentur femine poſtulare ſaltem ꝑ alias l. i. §. ſexum. ff. de poſthu. Et idez de pꝛocuratoꝛe quo ad eſſe pꝛocuratoꝛes in iudicio l. femine. ff. de pꝛocura. Idem etiam in teſte ad teſtamentum iure ciuili romanoꝝ vt i. §. teſtis. inſti. de teſta. imo quod plus eſt ſi exp̄imatur nomen cōmunis generis vbi aūt numerus teſtiū nō adhibetur duo ſufficiunt. l. vbi numerus. ff. de teſti. ꝛ continetur etiam mulier. Idem in omni materia in qua ratione vel lege: ſtatuto vel vſu non ſit differentia inter virum ꝛ mulierem quia tunc ad paria iudicāt̄ur Aut enim eſt adiectiuum ipſum maſculinū: vt quicunqꝫ quiſcqꝫ quidam ꝛc. ꝛ concipit femininū: qꝛ intelligitur homo vel perſona: vt. l. metuꝝ. §. animaduertēdū. ff. quod me. cau. ꝛ. l. vni ca in fi. C. de rapt. virgi. Aut eſt nomen appellatiuum: vt filius: ꝛ tunc ſi de fauoꝛe cōtrahitur concipit. ſi de odio non concipit. vt no. in. l. quicunqꝫ. C. de ſer. fugi. p̄ealle: ꝛ in. l. i. ff. de verbo. ſig. vbi glo. ponit exceptiones. Sz econuerſo femininū non concipit maſculinū: quia appellatione femini nō ſignificaꝛ intelligi maſculinū: niſi eui dētiſſime appeat ſicut ſub vno noīe appellatiuo aliud ſignificatur. l. ſi quis in fundi

BIU Cujas

vocabulo.ff.dele.i.cũ ibi.no. Et h̄ dicta intelligũt de masculio.i.de dictiõe masculini generis. Sz masculinũ quãdoqz significat masculinũ. ꝟbi gratia. Testator legat ancille libertatem si primo pareret filiũ peperit ⁊ filiam ex eodẽ vtero: ⁊ incertum est quis primo natus sit. dicit tex. ꝙ filius cẽsetur prius editus .l.si fuerit. §.fi.ff.de re. dub. Ratio quia de natura masculus fortior est femella eiusdem etatis.

¶ Masculinũ est dignius feminino: quod concipit ad mentem legislatoris: nõ quãtum ad ꝟba: vt.l.i.ff.de verbo.signi.vbi bona glo.

¶ Matematici sunt qui dicunt se scire aliquã artẽ diuinandi. ⁊ dicunt̃ a matesis media longa: quod est diuinatio. ⁊ profertur penultima ꝓducta sine aspiratõne. Sz mathesis penultima correpta cũ aspiratiõe significat quadruuiuz. vnde Scire facit mathesis. sed diuinare matesis.

¶ Materfamilias est que in honestate viuit vnde. Nec nuptie nec natales faciũt matremfamilias: sed boni mores.

¶ Matricula est cartula in qua scribit̃ aliquid ⁊ p̃cipue liber vniuersitatis. ĩ quo nomina suppositorum conscribũtur ⁊ ĩmatriculantur. ⁊ est diminutium a matre.

¶ Matertera est matris soror. vt instit. de gradi.cog.in glo.ꝟ.patruus.

¶ Matertera magna ẽ auie soror sicut ꝓmatertera proauie soror.

¶ Matricularius dicitur habens officiuz pulsandi campanas vel qui habet matriculare studentes.

¶ Matrix ecclesia ponit̃ ꝓ maiori baptismali q̃ generat baptismũ sicut mater vt est glo.in.ꝟ.matricẽ.in cle.i.de sen.excõi.

¶ Maturare qñqz significat festinare: qñqz est ꝑ solem digerere: vt fruct⁹ maturant̃.

¶ Matrimoniũ idẽ sonat qd̃ nuptie. ⁊ est legitia maris ⁊ femine ꝯiũctio indiuiduã vite cõsuetudinẽ retinens.xxvij.q.ij.§.i.et de p̃sump.c.illud de cõuer.infi.ex litter.et subaudi hoc.s.ad ꝓpositũ in quo debẽt esse tp̃e quo nubunt vel mr̃imoniũ ꝯhunt insti. de pa.po.in p̃n. Et mr̃imoniũ est duplex.s. verꝝ ⁊ p̃sumptũ. Verũ qd̃ ꝯhitur inter ꝑsonas legitimas ꝑ ꝟba apta nullo ĩpedimẽto subexistente. Presumptũ dr̃ qñ ĩter ꝑsonas legitimas inuenit tractat⁹ de ꝯhẽdo vel ꝟba apta in euentũ tñ ꝯditionis vel arbitrij alieni et succedit copula carnalis vt inquit gof. Et nõ dr̃ p̃rimoniũ lz a digniori debeat fieri denoĩatio ⁊ tm̃ votuz habet vir in liberos sic̃ mater.l.liberoꝝ.ff.de ꝟb. sig. Ideo qr mater maius exercitiũ vel officiũ exercet circa liberos q̃ pater.c.fi.de cõuer.cõiu.qr ante ptũ onerosa in partu dolorosa: ⁊ post partum laboriosa. Igit̃ ad honorem eius dicitur matrimonium vt etiam de conuer.in fi.c.ex litteris. Et nota ꝙ matrimonij tria sunt substantialia que dicuntur bona eius.vt de condi.appel.c.vlti. ⁊.xxvij.q.ij. Omne itaqz.l.fides ꝓles: ⁊ sacramentũ. Et si apponitur conditio cõtra aliquod bonum matrimonij vel eius substantiam nullum est matrimonium. Exemplum de primo si dico contraho tecuz: si te pro questu adulterandam exposueris non est matrimonium: quia est bonum fidei qd̃ consistit in eo ꝙ alter coniugum suum corpus quod suuz non est sed consortis sui nõ exponat vel det alteri: alias est adulter fur ⁊ fidei fractor. Exemplum de secundo vt si dico. Contraho tecũ si generationem prolis euites si veuenũ sterilitatis accipias nõ est matrimoniũ quia contra s̃m bonũ eius scilicet bonũ prolis propter quã multiplicandum fuit matrimonium a deo institutũ Exemplum tertij si dico. Contraho tecum donec ditiorẽ vel pulchriorem habebo nõ tenet matrimonium quia est contra sacramentũ indiuiduitatis quia nullũ debet eẽ diuortiũ inter coniuges. Sic eodez modo dic qd̃ ꝓfessio religionis nõ tenet dũmodo fit ꝯtra bona vel substãtialia religionis. q̃ sunt ẽt tria.s.castitas: obediẽtia ⁊ abdicatio ꝓp̃etatis. ⁊ de his pone exẽpla suo mõ vt.s. Itẽ si dico. Cõtraho tecũ si furtũ feceris si digito celũ tetigeris ẽ matrimonium qr turpis ⁊ ĩpossibilis ꝯditio q̃ nõ ẽ ꝯ sub-

BIU Cujas

ſtantiã matrimonij habetur ꝙ nõ adiecta. c.i.t vl.de ꝓd:.ap. Et nota qñ ꝟbꝫ mſi-monũ:t qñ ſpõſalia de futuro:declaratur ex ſignificato ꝟborꝫ platorũ t actuũ ſequẽ-tiũ. Qñ verba formalia mſimonij ſunt illa qñ vir dicit.accipio te in meã mulierem:et mulier accipio te in meũ.c.ls.de ſpon.duo t.c.ſi mt.de ſpõ. Siliter ẽ mſimonius ſi ꝗs iuraret:ꝙ aliquã ab hoc tpe,p cõiuge teneret t ei ſicut vxori fidẽ ſuaret:t ipa cidẽ iu raret ſe illũ,p marito habiturã:t ſibi tanꝙ viro,ppio ſeruaturã:vt in.c.ex pte de ſpõ. Nã ls ibi nõ exprimãt ꝟba formalia:tñ idẽ eſt ſi ꝺ eꝙpollẽtib⁹ fiant:vt.l.certũ.ff.ſi cer. pe. Dicũt etiã ꝗdaꝫ doc.ꝙ ꝟbũ habituruꝫ hic ſignificat ꝓteritũ nõ futurũ. Silr dicen do,pmitto tibi ꝙ nunꝙ habebo aliã in vxo rem niſi te.vel volo te t nõ aliã in vxorẽ vl cõſentio in te ſicut in meã vxorẽ vel,pmitto ꝙ volo te habere in vxõrẽ.vel placet michi te habere in vxorẽ.vel,pmitto ꝙ tibi ſerua bo fidẽ ſicut vxori mee.vel volo ꝙ ab hac hora in antea ſis mea vxor.vel iuro ꝙ ha-bebo,te,p legitima vxore.de ꝟb̃ vide.xxij.q. iij.ſ.vlt.ꝟ.eſt ẽt. Itez ſi dixerit iuro vel,p-mitto tibi tanꝙ vxori dũmodo ꝟba mulie ris ſequant ꝟbꝫ mſimonũ ꝙ quẽlibet ꝓdi ctoꝝ modoꝝ vt no.ibi.Spe.eo.ti.ſ.i.item ibi. t dicat vir iuro ꝙ tu es vxor t mulier ecõtra iuro ꝙ tu es vir me⁹.dicũt ꝗdã ꝙ nõ fit matrimonũ de pñti:ſz ſpõſalia de futu ro capiẽdo es,p eris.ff.de.ꝟ.ſig.l.verbum erit. Nam t ſi ſint verba pñtis tpis: non tñ ad mſimonium apta.ergo alij dicũt ꝙ nec ſpõſalia ꝟbant. Sz ibi,pmitto ꝙ te ducam in vxorẽ t de cetero tenebo te vt vxorẽ ſunt ſpõſalia qz ſenſus ẽ ego te ducam t ex quo te duxero de cetero te tenebo.ar.ca.ex lris ij.de ſpon. Sec⁹ ſi nõ addito ꝟbo ducã di-cat,pmitto ꝙ tenebo te de cetero in vxorez Etiam dimiſſo hoc ꝟbo de cetero: qz tunc eſt matrimonũ vt.c.ex parte de ſpon.pal. item ſi dicat,pmitto ꝙ te tenebo in vxorem donec terra ponat ſup oculos ⁊ meos t mu lier codẽ mõ rñdeat t vir intelligit decep-torie.i.donec ſibi placuerit qz dũ nõ place bit ponet terrã ſup oc̃los ſi ſibi appareret de diſſenſu nõ eſt matrimonũ:alias ſic qz iſta verba donec terra.tc. ſignificant tps mortis. Silr donec oculi t os michi clau-dũtur.c.ex litteris.i.de ſpon. Item ſi vir cõ trahit cũ vna ſub cõditione:t cũ alia pure t cõdnio ſub qua cũ prima,cõtraxit:erit in dicandũ eſt pro matrimonio ſecundo ꝓtra cto.c.ſup.eo.c.de illis.t.c. per tuas de cõ di.ap. ⁊m hoſti.qz matrimonũ purum pre fertur ſuſpenſo t conditionali. Alij dicunt iudicandum pro ꝑmo:qz per primũ partes ligarunt ſe ſub conditione.nec habet in po teſtate ſe ſoluere donec cuenat cõdnio: et per ꝑns nõ cum alio contrahere.l.potior. C.qui po.in pi.ha.t dicunt ꝙ dictũ precẽ-dẽs eſt potius ex ratione ciuili inductũ,p-pter melius bonũ matrimonij ꝑſentis t cer ti:ꝙ futuri t incerti. Alia exempla vide ſu pra de condi. Itẽ nota de matrimonio bea te virginis ꝙ ipſa cõceſſit in copulam car-nalem cũ ioſeph.nec illam cõmittendo:nec appetẽdo:ſed diuina inſpiratiõe in vtroꝙ obedien do.xxvij.q.ij.ſ.cũ ergo nã ꝓpoſuit ſe ſeruaturaz virginitatẽ in corde :ſz votuz virginitatl ñ exꝑſſit ore.ſubiecit ſe ei diſpo ſitiom diuine proponens ſe pſeueraturam in virginitate niſi deus ei aliter reuelaret: ſcõm Goffre. de ſpon.

¶ Matrona dicitur que iam nupſit quaſi que in matrimonio conuenit.

¶ Maxime quandoꝙ dicitur cõparatiue Aliquando pro tm̃.de fil.preſ by.c.ad abo lendam. Aliqui legunt maxime pro magis t ſic tenet ꝓprie ⁊m bern.ibidẽ. Item maxi me ſuppõit idem i alio caſu ſz maiorez eſſe rõnẽ in exꝑſſo. C.vñ libe.l.ſi. Aliqñ ſubau-ditur.vt.l.vex in ꝑn.ff.pro ſo. Ad primũ fa cit.ff.de.pba.cũ ocide.in ꝑn.ibi t marie de peni.t re.c.officio.in fi.de ſpon. c.ſpõſam vide hic no.c.pal.ad abolendam.in addi. glo.i.t per Jo.an.ſup ea.etiã no.de hoc in c.cũ ꝓtingat.de fo.cõpe.in glo.i.de elec.cũ inter.t.c. quoniam frequenter.ſ.porro.vt lite non conſ.t proprie implicat idez in cõ trario ſenſu.

BIU Cujas

¶ Medographia. i. lr̃a. Inde medographus id est medicine scriptor. sic accipitur C. de tabula scriben. li. x.

¶ Medium dicitur hec vita. xxiij. q. iiij. b autem vita. ⁊ no. Jo. an. in prohemio. cle.

¶ Mendaciũ. Re. s̃. dolus. vnde Augu. dicit. Mendaciũ est falsa vocis significatio cũ intentione fallendi: qd̃ sic debet intelligi. cũ intentione fallẽdi: que tunc ibi est vel postea aduenit: qñq; em̃ aliquis aliquid ꝓmittit non tamen voluntatem fallandi actu habet: sed postea acquirit.

¶ Mendicãtes dicũtur quos in publicuz questum intuta mendicitas vocauit. ⁊ illi reficiebant̃ publicis annonis. Ualidi aũt ⁊ robusti nõ debent mẽdicare: ne miseris ⁊ debilibus panẽ auferãt. C. de vali. mendicã. l. vnica. li. xi. ⁊ in auc. de q̃sto. coll. vi. Conceditur tñ aliquib⁹ a papa occupatis circa doctrinã fidei. vt de elemosinis fidelium viuãt. sicut et apli dixerunt qui seminãtes spiritualia temporalia metere poterãt quasi de iure naturali: vt dicit Apostolus.

¶ Menium: vel meniariũ idem ẽ quod vestibulũ: ⁊ menibus sumptũ. Et dicitur ido quia menibus adheret scd̃z Hugo. Alij ponunt manerium.

¶ Mensor est qui metitur agros columnas vel signa: vel homines: vel frumẽtum vel menia iuxta castrũ vel hospitia: vel etiam quia omnia officia assignãt secundum Accur. C. de mens. in rubri. li. xij.

¶ Menia dicũtur ꝓprie edificia muroruz ciuitatis sic dicta: qꝛ muniũt ciuitatem. Et interdum dicũtur menia abusiue oĩa edificia. vel dicũtur a mene grece. i. defectus latine qꝛ deficit murus vbi sunt menia.

¶ Mera donatio. Require. s̃. donatio.

¶ Meretrix dr̃ que multoꝝ libidini paret i. obedit. xxxiiij. di. vidue vel cui⁹ turpitudo publice venalis est. xxxij. q. iiij. meretrices ⁊ in glo. ij. c. inter opera. de spon. Dicit. n. Augusti. in questionibus deut̃. meretrices esse ⁊ meretrices accedere prohibet dominus: quarũ publice venalis est turpitudo In decalogo aũt mechie noĩe nõ videt̃ hoc ꝓhibuisse aperte quoniaz mechia non nisi adulteruz esse solet: seu intelligi solet. ⁊ etiam in. c. prealle. meretrices.

¶ Metus ẽ instantis vel futuri ꝑiculi causa mẽtis trepidatio: vt. ff. eo. ti. l. i. Et no. ꝙ licet nõ sit necessariũ ꝑiculum esse presens tñ exigitur metũ esse p̃sentem saltez pro futuro periculo. ff. eo. ti. l. metum. ij. nam per metũ nõ quẽlibet timorẽ accipim⁹. sed maioris mali: vt in. l. metũ. p̃all. Et dr̃ met⁹ qꝛ mẽtem tenet vel terret seu impedit. Qui. n. timet nõ semꝑ gerit in corde qd̃ hz ĩ ore. de hoc vide glo. ij. c. ad audientiã. de his que vi me. ve. cau. fi. Inde meticulosus. i. metu plen⁹. s. qui metuit timẽda ⁊ nõ timẽda. Et sic dr̃ iuramentũ meticulosum. ⁊ vtruz hoc obliget ipso iure. ꝙ sic vr̃ de iureiu. c. si ꝟo ⁊ c. verum. ꝙ nõ patz qꝛ votum factum ꝑ metũ est nullũ ipso iure: cuz volũtas in vouendo debeat esse libera. c. ĩtegritas. xxxij. q. ij. ergo ⁊ iuramẽtum pari ratione Inno. cõcludit si iuramẽtũ ẽ impositũ turpiter et sup̃ re turpi. s. occidere innocẽtem vel non ministrare alimẽta ꝑentibus. ⁊c. Tũc nullum ẽ ipso iure: nec obligat iurãtem: ⁊ licet cõtrauenire ꝓpria auctoritate. c. inter cetera: ⁊ male ꝓmisisset. xxij. q. iiij. Sed si iuramentũ sit turpiter emissum nõ tñ sup̃ re turpi. s. dolo vel metu sic obligat ipso iure. Sz absoluto põt impetrari ex supioris vl̃ iudicis officio. c. si ꝟo ⁊ c. verũ. p̃al. Addit idẽ si iurans metu põt sibi ꝓuidere ꝑ aliã viaz q̃ per viam absolutionis a iuramẽto melius est ꝙ soluat ꝙ iurauit ⁊ deinde repetet. Nam que fiũt ꝑ metũ tenẽt ipso iure ſz gof. sed rescindũtur ꝑ actionẽ qd̃ metus cãsi sunt ꝑfecta. Si vero imperfecta. tunc per exceptionẽ. ff. eo. ti. l. metum. §. sed pretor. Exceptis sex que ꝑ metũ nõ tenent ipso iure: vt ꝯtractus matrimonij: ꝓmissio dotis: aditio iudicis: p̃statio auctoritatis. alienatio rei ecclesiastice: ⁊ ꝓnunciatio sententie Et dicit Jo. an. qui venit ꝯ iuramentũ meticulosum nõ peccat mortalit̃. licet peccet venialiter vt in. c. verum ad fi. de iureiu. de

BIU Cujas

hoc vide glo. pleniorem in. l. extat. ff. eo. ti. Et distingue metus: qz alius est ꝓbabilis qui cadit incōstantem virꝝ ⁊ aīosum: ⁊ hic excusat vt est metus pene mortis: ⁊ cruciatus corpis metus stupri id ē ꝟuitutis. Alius est nō ꝓbabilis. s. qui nō cadit nisi in hominē pusillanimē ⁊ formidolosum. ⁊ h̄ nō excusat. vt in. c. cū dilecti: eo. ti. Et regulariter vt predictū est ea que fiunt ꝑ metum valent ⁊ obligant: vt dictū est seu vt no. xv. q. vi. auctoritatē. ⁊. c. abbas eo. ti. Fallit tn̄ in casibus ibi notat ad quos adde casum c. vni. eo. titu. li. vi. Etiā ꝟm coactionem absolutā vel cōditionalē distinguit excusatio met⁹. De hoc vide. s̄. coactio. Sed vtrū metus excōicationis sit iustus met⁹. Qd̄ sic videtur quia cōtinet corporis et aīe detrimētū. vij. q. i. de manifesta. xi. q. iij. audi. vbi dicitur ꝙ per excōicationez mutat status de corpore ecclesie in ptātem dyaboli. Timēda est ergo q̄si mors eterna. xi. q. iij. nemo. ⁊. c. i. Quod nō patet: qz ē medicinalis nō mortal. vt. c. i. de sen. exc. li. vi. ⁊. ij. q. i. multi. Et si est iniusta vacua est. nec curāda: qz nō ligat quo ad deū. Si est iusta imputet sibi q̄ meret excōicari. Igit nō est iustus metus nec excusat excōicatio ei⁹. l. si mulier. ff. e. t. Et no. gof. i sū. d̄ his q̄ vi me. ve. cau. fi.

¶ Mentoria dicūt diuersoria vel diuerticula. i. secreta edificia alias montoria.

¶ Mercis nomen ad mobilia tantum pertinet. ff. de verbo. signifi. l. merces

¶ Metallū ⁊ es sunt noīa gn̄alia mineras significantia. Et differunt metallū ⁊ opus metalli. Vn̄ ille dānat in metallū q̄ ligatur cū ferro ⁊ onere ⁊ labore grauat vt nō liceat ei facile abire. Sz ille damnat in opus metallicū q̄ ibidem liberas hz habenas: et alijs metallū fodientibus ministrat ⁊ illi⁹ leuior est pena alteri⁹ aūt grauior de quo glo. no. insti. q̄ mo. ius. pa. po. sol i. §. pene seruus.

¶ Metallarij sunt qui affluentiā exertitij metalloꝝ habent vt. C. de metal. ⁊ metal. ⁊ ꝓcu. mer. ꝟm accur. s̄. Rubri. li. xi.

¶ Metassi. alias dicunt metharij purpurei. C. q̄ res vena. nō po s. l. i. Vl ē color q̄dā

¶ Metrocomia est vilis mensura q̄ datur trāslatis iussu p̄ncipis. vt. C. de iur. fis. l. ꝯ. vn̄ metros grece mēsura latīe dr̄: ⁊ comos villa. inde metrocomia quasi mensura ville Inde ēt coēdia. i. villana vl rustica laus ꝟz Accur. C. ne lice. habita metro. coloca. sua ad extra trāsfer. sup rubri. li. xi. Etiā metrocomie sunt parrochie vel dioceses

¶ Metropolitani a mensura ciuitatū dicunt. qz decē vel vndecim dn̄t sub se habere ciuitates. vij. q. iij. Vel dr̄ a metros. i. mr̄. qz metropol est mater aliaꝝ eccl̄iaꝝ: ꝟz gl. ibidē. Etiā metropolitani singl̄is ꝓuincijs p̄eminent: quoꝝ auctoritati ⁊ doctrine ceteri sacerdoti subiecti sunt sine quibus reliquis ep̄is nichil agere licet de his que spectant ad totam prouinciam scd̄m Glo. xxi. distin. cleros. §. metropolitani

¶ Merū imperiū est habere gladij ptātez ad puniendū facinorosos. Unde meꝝ imperiū dr̄ quedā ptās summa ꝑ quā ea que sunt iurisdictōis maxime explicant. Et merum dr̄: qz separatū a cognitione pecuniaria eo ꝙ idē nullū sequitur cōmodū pecuniarū: vt insti. de pub. iudi. in p̄n. Hec autē sunt meri imperij facinorosos punire: deliquentes incarcerare. mēbra mutilare: penā capitalē īponere. ⁊ h̄ pēa ē triplex: vt dicit Hosti. de iureiuran. c. veniens. s. mors: exilium: ⁊ relegatio. ff. de publi. iudi. l. ij.

De Mi

¶ Mixtū imperiū ē ptās media ꝑ quā ea q̄ sunt i iurisdictiōe media explicant. Et dr̄ mixtū q̄si ex iurisdictione ⁊ mero īperio eo ꝙ hz cōmodū pecuniaꝝ: ⁊ ꝑtinet ad ipsum bonoꝝ possessionē dare: in possessionē mittere: iubere: cauere pupillis tutores dare. Et oēs alie pene graues p̄ter penā capitalem ⁊ mutilationē vt est relegatio: fustigatio: vl grauis correctio. ff. de iurisdi. om. iudi. l. i. in glo. ⁊ in tex. Aliter distinguit prout recitari solet circa. c. qd̄ sedem. in glo. i. de offi. ordi. Merū imperiū est quedā summa ptās ⁊ alta ex publico inducta. vt gladij potestas aīaduertendi in facinorosos:

BIU Cujas

et est apud principes principaliter. scilicet papam ⁊ imperatorem. Et in spiritualib⁹ merum imperiū est. vt depositio: trāslatio sedium episcopalium: ⁊ diuisio duaꝝ ecclesiarum cathedralium vel diuisio vnius in duas: vt in. c. quod translationē. de offi. le. vbi vide plura in glo. Sed in secularibus merum imperiuꝫ est pena capitis: vt supra que principaliter est apud principes seculares scilicet reges: duces: marchiones comites ⁊c. Et etiam apud archiepiscopos patriarchas. ⁊ episcopos tāq̄ apd̄ missos vt in. c. solite. §. subditi. de maio. ⁊ obe. cuꝫ suis cōcor. Mixtum vero imperiū est quedam bassa vel media potestas ex publico inducia: partem capiens ex mero imperio ⁊ partem a iurisdictione. vt est in spiritualibus dedicare ecclesias: vel altaria consecrare. ⁊ virgines velare. et talia possunt cōmitti nō habenti iurisdictionem: vt in glo. preal. ⁊ ea que sunt meri imperij expediuntur iudicis officio nobili: ⁊ p̄ncipaliter tendunt ad bonum publicum.

¶ Mixti imperij etiam expediuntur iudices ex officio nobili: sed p̄ncipaliter tēdūt ad bonum priuatum. Sed ea que sunt simplicis iurisdictionis expediuntur iudicis officio mercenario: ⁊ tendunt etiam ad bonum commune. Venit ergo ab imperio imperiolū. id ē paruū imperiū qd̄ hn̄t iudices īferiores. d̄ hoc no. in. c. si diligenti de foro compe.

¶ Miles est q̄ iurat se nō euitaturuꝫ mortem ꝓpter reipublice salutē. Vel q̄ iurauit a signis nō recedere. C. qui cau. maio. l. pe. Et scriptus in mr̄icula vbi alij milites scripti sunt. ff. eo. ti. l. i. per to. Etiam dicitur a malo: quod sustinet pro alijs. Unde scd̄m Azo. miles dicitur a milicia. idest duricia. Vel a mille: quia de mille forte soluꝫ vnus eligebatur in militē ⁊ sic dicitur quasi millesimus. Et nota adhoc ꝙ quis dicat̄. verus miles sex sunt necessaria. Primo vt nō sit negociator. C. ne mili. nego. l. i. li. xij. Secundo vt examinetur. C. qui mili. nō po. l. i. Tertio ꝙ ei ensis cingat̄. ff. de tes. mili. l. iij. Quarto stigma. i. nota publica dꝫ suo brachio inscribi. vel īponi. C. de fabricē. l. iij. li xi. Quinto in numero aliorū debet poni et scribi. ff. de testa. mili. l. ex eo. Sexto. ꝙ talis habeat p̄uilegiū legis cōcesse militib⁹ vnde Stigma mucro: scriptuꝫ: genus: examen: sacramentū. Hec sex q̄ dixi possunt in milite q̄ri. vt nota insti. de testa. mili. in p̄n. circa glo.

¶ Mimi sunt iaculatores: vel dn̄oꝝ seruitores seipsos īuitantes. iuxta illud. Musca: canes. mimi: sunt ad ꝯuiuia p̄mi. Non inuitati. veniūt prādere parati. De quibus dicit lodo. de roma. Si tales aīalia fera ꝓ ut cōiter fit. vꝫ leones: vrsos: simias ⁊c. et ab his aliquis occiditur puniri debet pena ducentoꝝ solidoꝝ. tex. ē singularis in. l. q̄ vulgo. ff. de edil. edi. iūctis legib⁹ p̄cedentibus. ⁊ non debetur eis pena mortis q̄uis q̄ occasionē mort⁹ dat occidisse videatur: tn̄ hoc est ꝓpter tacitū cōsensum ciuiuꝫ qui illos cū aīalib⁹ ciuitatē intrare: ⁊ in ea manere ꝑmiserunt. Hec ille in singularib⁹ suis

¶ Minor est qui nondū impleuit. xxv. annum. ⁊ talis restituit̄ integrū vsq̄ ad quādriennīū nō in delictis atrocibus: sed quatenus miseratio etatis ad mīorē penā iudicē īduxerit Alias mīor sumit̄ gn̄alit̄ ꝓ quolibet īferiori dū dr̄. Minor assurgat maiori nec sedeat stāte maiore. xciij. dis. oportet s̄m gof. ī sum. de maio. ⁊. obe. Maior p̄cedat. mīor seq̄turin sledēdo ⁊ subscribendo. xvij. dis. §. vlt. In incedēdo tn̄ romana ꝯsuetudo s̄uat ꝯriū. qꝛ mīor p̄cedit vt ibidē ī sū.

¶ Minima cā est cā duoꝝ aureoꝝ. qꝛ ꝓ ea nō datur actio de dolo vel. x. aureoꝝ alias x. solidoꝝ. vl̄ que ad sumpt⁹ iudiciales nō sufficit. ij. q. vi. anteriorum. §. illud de hoc est glo. vnica in. c. de appel. ti. de appel.

¶ Ministeriarij dicebantur forte a ministrando quia preerant castris principum. C. de castren. ⁊ ministe. li. xij.

¶ Misterium dicitur illud quod secretam ⁊ rē conditā habet dispensationem hoc est occultam ⁊ inuisibilē virtutē ⁊ gr̄am a deo

BIU Cujas

dispensatā ꝛ collatam.i.q.multi vbi datur differētia iter misteriū sacrū ꝛ sacramentū

¶ Miserabiles dicūtur oēs illi quib⁹ nos ex natura mouemur ad miserandū ppt̄ fortuz iuriam:puta:senes decrepiti:debiles in diurno morbo fatigati:ctiā sic sunt diuites vidue:etiam religiosi inter psonas miserabiles computantur.

¶ Missilia: alias missalia dicūtur dona lia vel quedā pstationes quas nouus pretor creatus mittebat in vulgus vt q̄ quisq̄ apprehēderet eius fieret ꝛ in coronatione papevel imperatoris fieri solet vt p hoc pressura minuatur de quo glo.in.§.ꝟ amplius.institu.de re. diui.

¶ Mittere in possessionē est possessorē facere:aut in possessionē ducere vt rem custodiat.vbi gratia.Cōtendisti mecū fundum castellanū esse tuū:ꝛ pbasti:ideꝛ per executorē mittit te in possessionē.i.facit te possessorem.Itē volui agere cū tutio qui citatus noluit venire ad iudiciū:ideꝛ me mittere dz in possessionē fundi quez petebam: nō vt possideā sed vt custodiā rem.ꝛ manear in fundo vt ipse tutius tandē tedio affectus veniat ꝛ litem suscipiat donec pbauero illā rem esse meam.vide glo.fi.in.c.contingat de dol.ꝛ ꝓtu.quod opatur missio in possessionē in actione realī ꝛ psonali ex.i. ꝛ.ij.decre.Et nota q̄ ptoꝛ missionē in possessionē ex secūdo decreto sibi specialit̄ reseruauit.ꝛ sic legatis aut sub delegatis nō est concessum dare vel cōfirmare missionē in possessionem vt no.in glo.fi.c.qō trās lationem de offi.dele.de hac materia vide in c.quoniam frequēter.vt lite non cōte.circa medīū vel p⁹.ꝛ glo.in.c.contingat prealī.

¶ Mittere in possessionē noīe ventris est mittere in possessionē noīe eius qui ē in vētre:vt cū mulier pregnans mittit in possessionem noīe filij vel filie heredis quez vel quam habet in vtero ex marito premortuo Et nota adhoc q̄ iudex actoꝛem mittat in possessionē vel bona vendat vel cuz soluat reqrunt̄ quattuoꝛ necessario. Primo q̄ citet reū absentem trina citatione vel vna peremptoꝛia ad domū.Si nō reperitur citentur amici vel affines generali interdicto.ꝛ si nō cōparet aliquis procuratoꝛ vel defensoꝛ ex primo decreto.i.mandato mittit actoꝛ in possessionem cā rei seruādc q̄ missio nō tribuit ius sz solū detētoꝛem: vt reus tedio affectus veniat respōsur⁹. Quare dicitur possessio tedialis ex prio decreto. Secūdo requiritur cōgruū tēpus inter primā ꝛ ante secūdam missionem qō est arbitrariū postq̄ in iure nō inuenitur determiatū vel annale ꝛc. Tertio q̄ absens maliciose noluit comparere ꝛ animo fraudandi creditoꝛes.Secus si maliciose tātū videlicet ppter maleficiū aliquod nō tamē aio fraudandi.Quarto q̄ pstet de debito legitime per veras et plures probationes.nec sufficit iuramentū calūnie cū agitur de magno preiudicio rei absentis: quibus oībus habitis mittitur actoꝛ in possessionez vereex. ij.decreto.Et sic missus in possessionez habebit omne ius dominij vel quasi quod habuit reus: īmo reus postea nō est audiendus nisi nō fuisset propter cōtumaciaz absens:vt in.c.cōsultationibus.de offi.dele. Cuius est hec materia ꝛ ibi glo.bona.

De Modo

¶ Modus est moderamen dispositionis per appositionē oneris tā q̄ cause finalis vt patet ex legibus de ipso loquentib⁹.Et dicitur moderatio ad differentiā cōditionis que nō est moderatio sed suspensio.Dicitur tā q̄ cause finalis.verbi gratia. Promitto vel lego vt illud facias. Nam si dico promitto ꝛ illud facias.tunc nō esset illud p modū cause sed alterius dispositionis.Et hoc capiendo modū specialiter:Sed gñaliter est omnis dispositio vel qualitas adiecta dispositioni.l.obligationez.§.modus ff.de ac.ꝛ ob. Fit aūt mod⁹ p illas dictiones vt dūmodo ne.i. vt nō ad ꝛc. Sz qua facit causam ꝛ si cōditionem:vt.s̄.de cōdi. nā modus significat̄ per oēm dictionez vel oratiōnem ex suo ppio significato vel alias moderationē importātem.verbi gratia Dono vel lego equū vt des illi equuz.C.de

BIU Cujas

his que sub mo.lega.relin.l.ij.⁊.l. cuz ab eo.ff.de ꝯtrahen.empt. ibi veluti seu hoc modo vbi dicit ꝙ si emēdo fundū pignori obligatū a te hoc modo dicam vt liberes tunc liberare tener]. Et sic modus fit per dictionē:vt etiam in dictione dummodo eadem est significatio:vt dicta.l.cū ab eo. Idem in aduerbio ne:vt dicendo. titium heredem instituo ne fideicōmissa ex testamento sempronij retineat:quia dictio ne exponitur prout nō.⁊ sensus est vt non retineat.l.cuz pater.§.titio.ver.plane.ff. de lega.ij. Idem in p̄positione ad:vt dicēdo. Lego illi mille ad monumentū meū edificandū.qꝛ sensus est vt edificet monumentum.l.quibus diebus.§.fi.ff.de ꝯdi.⁊ demon. Idem in dictione pro:vt lego decez pro cura corporis mei sustinēda.l.lucius §.fi.ff.del.ij. Idem in p̄positione in:vt dicendo.in cura corporis mei in monumento faciēdo ⁊c. Sed si diceretur. Lego vxori mee in tēpus liberoꝝ: tunc faceret conditionē. Idem in dictione nomine:vt dicēdo.nomine dotis puellarum pauperū vel redemptione captiuoꝝ lego ⁊c. Ubi nō significatur ꝯditio sed mod⁹.l. mille.C.de epis.⁊ cleri. Ratio:qꝛ captiui semp sunt capti:⁊ puelle semp sunt pauperes. Secus si relinqueret nomine dotis certe persone vel redēptionis certe persone: qꝛ tunc faceret conditionem. Et idem dic in omni alia parte orationis que ad hoc significatuz pōt adaptari ex se vl subiecta materia

¶ Moduli dicūtur quedā formule ⁊ mēsure cemētarioꝝ per quas modi ⁊ quantitates lapidum cōprehenduntur.

¶ Monachus est vni⁹ anie custos a monos qd est vnū ⁊ icos custos. Et dicit fieri de regula.c.i.li.vi. Dicit etiaz creari.c.vlt eo.ti. Et dicit recipi.c.indēnitatibus.§. si vero.de elec.eo.li. Item dicitur ordinari. xvi.q.vlti.c.fi. Et est mūdo mortu⁹.deo viuens:extra claustrū sicut pisc] extra aquā in vita spūali subsistere nō potest.xvi.q.i. placuit. Et non potest habere proprium. de statu mona.c.ij.⁊.c.cuz ad monasteriū vbi habens propriuz in morte sepeliri debet in sterquilinio. Item nō potest esse aduocatus in causa.c.i.⁊.ij.de postu. Nec ꝓcurator nisi consentiēte abbate ⁊ in vtilitatem monasterij que duo debent concurrere.xvi.q.monachi.⁊.c.religiosus.de procur.i.in cle. Et no. Lodo.de Roma ꝙ etiā nec pro amico sui monasterij nec laico ꝑm Inno.in.c. cum i ⁊ a.de re iudi.nisi habita licentia vt s̄. Item non pōt deserere prioratum vel administrationē sine licentia abbatis.c.porrecta.de cōfir.vti.vel inuti. ⁊.c.ij.de sta.mo. Sed potest se transferre ad strictiorē regulam petita licentia: licz nō obtenta.c.licz.⁊.c.non est de reg. ⁊.l.q̄ pretextu.C.de sacrosan.eccle.vbi glo. Sz ad laxiorem regulaz non potest ire sine licentia pape: imo ꝑm Lodo.de Roma ad parem est multū dubium cui⁹ licentia tūc requirat. Inno.in.c.si.de renunci. Archi. xix.q.iij.statuim⁹. Io.an.in.c.si religiosus de elec.li.vi.⁊.c.ij.de testa.eo.li.in nouell. Pau.de liaza.in cle.fi.de elec. lapus abbas allegatione.lxij.⁊.c.xxx.variant. Lodo.de Roma dicit suo videri ꝙ requirat licentia abbatis.non em̄ sufficit habere a priori cōuentuali:quia pater totius ordinis est abbas. Dubium tamen facit.c.fi. de pac.li.vi.a simili ratione ⁊ glo.in.c.cuz singula.de preben.li.vi. Hec lodo.de Ro. in singularib⁹ suis. Item in refectorio carnes edere non possunt.c.cum ad monasterium prealleg. Quidā tamē monachi ꝑm quosdam ar.a ꝯtrario sensu. Extra refectoriū possunt:qd nō est verum nisi ex cā. vt ꝓpter infirmitatē vel debilitatē:vt no. Fran.zabar.in.d.c.cum ad monasterium pal. Adhuc quidam instant ꝯtra per.c.regule.xxix.dis.vbi dicit. ꝙ a carnibus quadrupedū debeant se abstinere.⁊ sic permitti videt de bipedibus:vt perdricib⁹.gallinacijs.⁊c. Hosti.dicit. ꝙ huic intellectui contradicit ratio naturalis:vt prohibitio de quadrupedibus fortius intelligitur de bipedibus in quibus maior ratio ꝑm hoc dixit de quadrupedibus propter commu

BIU Cujas

niorem frequentiaz talium. Alij dicunt q̄ ꝓpter minutionē ꝯcedi pōt quibusdā monachis vsus carniū. Et dicit Vincē. reuelatuz per angelū qui minuit. xiij. februarij non morieť illo anno ex febrili distemperantia.

¶ Monogamus. est vir vnius vxoris: sicut bigam⁹ duarū vxoꝝ. R. s̄. Bigamus.

¶ Monomachia. Require. s̄. Duellum.

¶ Monopoliū est alicui⁹ negociationis aut officij supioris vnica exercitatio cum p̄rogatiua ⁊ singl'ari inito pacto. vbi gr̄a. Causa negociatōnis aliqui inter se paciscuntur ne possessio aliqua precio minori vendatur q̄ ipsi inter se ꝯstituerūt. vel venditores panni vel cuiusq̄ negociationis inter se pacti sunt vt rem aliquā venalem vtilem ⁊ necessariā reipublice non debent pro minori precio q̄ ꝯuenerunt vendere. vel ne aliquos instruāt in arte sua nisi filios vel nepotes vt ipsi solum cōmoduz artis vel negociationis faciant ⁊ habeant. Isti em̄ dicuntur monopoliū exercere. Et grauissime puniēdi sunt: qz directe hmōi cōuentiones sunt ꝯtra p̄ncipem. Et dicit̄ s̄m azo. a monos qd̄ est vnum ⁊ polys. i. ciuitas: quasi vna negociatio in ciuitate. Et inde dicitur monopolia plural'r ⁊ monopolos: ⁊ est qui vult esse solus in ciuitate venditor. scz is qui impetrat q̄ sibi soli liceat in ciuitate aliqua specialia vēdere, emere vel facere. Vel monopoli sunt q̄ impetrant q̄ ipsis solis liceat hmōi facere etiam in vendendis rebus certum preciū statuere ꝯtra qd̄ nemini licz vendere. ⁊ dicitur a monos. i. vnū ⁊ polis ciuitas quasi vnus tm̄ in ciuitate vel societas vna ex pacto. Vel dicitur monopoliū a monos ⁊ palatim. i. venditio quasi vno modo facienda venditio. ⁊ talia cōmercia sunt prohibita. C. d̄ mono. ⁊ illi. ꝯuē. nego. l. vnica. Eodē modo binopolium dicit̄ a binopolis ⁊ binopola quasi bino modo facienda emptio.

¶ Monumentum est illud repositoriū in quo mortui reponūtur scz sepulcrum sine corpore. ⁊ dicitur a moneo qz ex̄tat ad memoriam defuncti. l. monumentuz. ff. de religi. ⁊ sumpt. fune.

¶ Morbus est habitus cuiuscūq̄ corporis ꝯtra naturā qui vsum eius ad illud faciat deteriorez. Cui⁹ causa nobis natura sanitatē dedit siue in toto corpe vt febris. siue in parte vt cecitas. ff. de edil'. edic. l. i. §. sed sciendū. ff. de re iudi. l. i. §. sed q̄situz

¶ Mores dicuntur frequētes actus hominū. s̄m Jo. theo. in prin. decre. in glo. et i. dis. mos.

¶ Morbus sumpticus alias sonticus ē: qui cuiq̄ rei nocet. ff. de ver. sig. l. morb⁹. ⁊ dicit glo. ibi cuiq̄ rei agēde vt. ff. d̄ edil'. edic. l. fi. §. fi. ff. de re. iudi. l. quesitū.

¶ Mortuus est reb⁹ humanis exempt⁹. de offi. dele. q̄uis. ⁊. c. si delegat⁹. eo. ti. li. vi. Vel est viam vniuerse carnis ingressus c. si subdelegato. eo. ti. ⁊ lib. Vel de medio sublatus. c. licet eo. ti. nam mediū dicitur hec vita. Et quare sic dicat̄ no. xxiij. q. iiij c. hec aūt vita. vt. s̄. Dicitur aūt quis mortuus sex modis. Primo spūaliter. Et sic dupliciter scz bene ⁊ male. Bene duplicit̄ per baptismū de ꝯsecra. dis. iiij. ostēditur. xv. q. i. nec is ⁊c. Male triplicit̄. Primo baptizat⁹: ab ecclesie tm̄ vnitate diuisus. d̄ conse. dis. ij. xp̄s. Scd̄o baptizatus in ecclesie vnitate ꝯsistens tm̄ criminosus. iij. q iiij. hi qui. vbi dicitur. Nolo mortē peccatoris ⁊c. ⁊. c. canonica. ea cau. q. v. Tercio baptizatus ⁊ eternaliter damnat⁹. de conse. dis. iiij. filius Scd̄o ciuiliter vt ab hostibus captus. seruus effectus. libert⁹ in seruitutē ab ingratitudinē reuocatus. ⁊ dicitur econtrario viuere: qz inaniter occisus est propter fidez christi. Quare mors sanctoꝝ frequēter dicitur ab ecclesia natalis eoꝝ quasi ad vitam nati sint. Tercio secularit̄ vt monach⁹. vt. s̄. ⁊. xvi. q. i. placuit. i. Quarto effectualiter vt paulus mortuus fuit: vt ait. Michi mundus crucifixus est ⁊ ego mundo. xxvij. q. i. que christo. Quinto carnaliter. ⁊ sexto corporal'r. Qui duo modi poni possunt pro eodem. ⁊ sic laza-

BIU Cujas

rius mortuus erat.xxiiij.q.i.si quē forte.
¶ Mortis causa donatio Require supra donatio.
¶ Mortuariū dicitur qđ quis reliquit in morte.vt no.in.c.cōquerēte.de offi.iu.or.
¶ Moliri est conari.c.quia ex eo.de pac. li.vi.
¶ Minus no.Pau.in cōmento decretal' ⁊ si vnanimiter.de postu.prela.
¶ Mos est longeua consuetudo de moribus tractatur.c.mos autem. dis.i.
¶ Motu proprio gratia fieri censetur qñ hoc expresse cautum est in eadem nec sufficit si probetur ꝙ papa motu proprio fecerit nisi contineatur in litteris.c.si motu ꝓprio.de preben.li.vi.⁊ ibi concor.ī glo.fi.
¶ Moretenus.i.ad mortē.xxxiij.q.v.notificasti te moretenus infirmatū.
¶ Mox qualiter capiat' est glo.in.c.quia propter.de elec.super ver.mox.⁊ in.l.ff.si cer.peta.

De Mu

¶ Muco est vicium panis.vnde dicit'.panis mucescit.vel mucidus fit.
¶ Mucro est ensis de hoc vide arch.in.c fi.de excep.li.vi. Et sumit' qñqꝫ pro excōmunicatione.vt.xvi.q.i.c.visis vbi in fi.dicitur.felici mucrone ep̄i sacerdotū piacula resecentur.i. salubri excōmuicatiōe ep̄i sacerdotum crimina puniātur.xxiiij.q.iij. corripiantur.
¶ Mulcto est aniaduersio vel pena pecuniaria arbitrio iudicis inflicta ad correctionem maloꝝ moꝝ. Pena est autez certa imposita a lege quam quis euitare potest:vt no.in.l.quandocunqꝫ.in glo.super ver.vel tercio.C.de ser.fugi.⁊ in.l.mulcta ff.de condi.⁊ demonstra. vbi glo.dicit ꝙ sit pena extraordinaria pro arbitrio:⁊ ibi a testatore imponitur.Dicitur autem mulcta illa pena q̄ nō est a lege statuta vel expressa.nam iudices in pluribus casibus legibus non scriptis sic mulctare possunt litigantes. Ex hoc patet differentia inter mulctam ⁊ penam.Nam pena generaliter sumitur tam pro pena pecuniaria q̄ pro pena corporali seu capitali. Sed mulcta pro pena pecuniaria:⁊ per sententiam a iudice irrogata.vnde bene appellatur a mulcta non autē a pena.l.si qua pena.ff.de verbo.sig. Item mulcta non iuducitur nisi a maioribus magistratibus:sed pena a quolibet iudice.
¶ Mulctare est punire pro pecunia:⁊ aliqñ ponitur pro abbreuiare.C. de modo mulcta.l.i.
¶ Mulio est custos muloꝝ. Unde. Mulio muloꝝ:agazo ducit asellos.l.idem iuris.ff.ad.l. aquil'.
¶ Mulcere est lenire placare vel blādiri.
¶ Municipium est oppidum in italia vel in prouincia aliqua constitutū in quo pacis obseruande causa milites constituti erant. Si autez in municipio nati sunt nō minus dicuntur municipales.vt.l. municeps.ff.de verbo.signi.
¶ Municipes dicunt' qui cuiuscunqꝫ municipij manerij lociue tenent custodiam. Et dicitur a munere ⁊ capio non obstāte ꝙ munus non capiatur. Et tnmē municipes dicunt' qui in eodem municipio nati sunt.vt.l. municipes. prealle. Vel dicunt' q̄ in municipio faciūt mūera:sꝫ abusiue.
¶ Munucipium est ciuitas ⁊ municipes cuiuscūqꝫ ciuitatis ciues appellantur.ff. ad.l.iul'.de an.l.i.
¶ Municipalis honor est administratio reipublice cuꝫ gradu dignitatis siue cum sumptu siue cum erogatione continēs.ff. de munc.⁊ hono.l.honor.
¶ Municipalis magister dicitur ille qui preest municipibus.
Municeps originari' dr̄ ab origine p̄ris nō sua cā.vt in.l.fili'.C.de mūici.orig.li.x
¶ Multotiens ⁊ totiens.no.Archi.ix.q iij.non est.
¶ Multiplicatio ē qñ dispositio iterat' seu multiplicat'.vbi gr̄a.Testator plib' her̄dib' institut] legat ab vno.x.titio ab alio.x. ⁊ sic đ alijs a quolibꝫ hr̄de.x.ī solidū debētur.l.si plib'.§.i.ff.de l'.ij.qꝛ significatū sumit' ex multiplicatiōe dispositionis iūcto

BIU Cujas

q̄ qualitas est multiplicabilis. ideo ex q̄libꝫ dispositione debetur q̄libet q̄litas adiecta. Item ibi. testator ab herede instituto legat. x. titio. ⁊ si heres nō erit substituit seium ⁊ ab eodem legat. x. eidem titio: institut⁹ nō est heres: ⁊ substitut⁹ tenebit̄ tm̄ ad. x. ab ipso relicta vl̄ ab instituto qd̄ idem est. ar. l. licꝫ. ff. de legi. ⁊. l. seruo. §. si quis apud. e. ti. Ratio: qꝛ substitutio significat substitutū esse appositū loco instituti. Item ibi: testator legat. x. titio in testō: ⁊ eidem titio legat. x. in codicillis: singula debētur: qꝛ multiplicatio significat̄. l. quinquaginta. ff. de proba. Sed ibi testator legat. x. titio in testō post in eodem testō legat titio. x. semel tm̄ debētur: vt. l. plane. § sed si nō. ff. de l̄. i. Quia ex eodem testamēto ⁊ eadem q̄ntitate cōcluditur testatorez q̄ntitatē nō voluisse multiplicare nisi euidenter ꝓbaretur ꝯtrariū. Sed ibi testator legat. x. titio postea in eodez testō legat titio. xv. vtraqꝫ q̄ntitas debetur. l. plane pre allegato. Et a cōtrario sensu cum dicit eadem. ⁊ est ratio ex diuersitate quātitatis. Secus si diceret titio cui legaui. x. volo p̄stari. xv. tunc enim. xv. tm̄ debentur. Item dic in ꝯtractibus prout quodlibet probabile mediū concludit. Item multiplicatio deberi significatur. verbi gratia. Numerauī tibi. x. ⁊ incontinēti stipulor. xx. illa debentur. l. si ita. ff. d̄ noua. ⁊ dele. quia significatū sumitur ex stipulatione facti incontinenti post numerationē. Item ibi: promitto tibi. x. bis tenentur: quia si intelligētur de eisdem decem promissio secunda esset frustratoria: qd̄ nō ē dicendū. ar. l. si qn̄ ff. de leg. i.

¶ Munus est duplex. Aliud publicum. Aliud priuatum. Publicum est quod in administranda republica cum sumptu sine dignitatis titulo subministrat̄: vt. ff. de mune. ⁊ hono. in prin. Et differunt mun⁹ ⁊ donum: qꝛ mun⁹ est cum aliquid dat̄ cā p̄cedente. donū vero sine cā vt. ff. de v̄. sig. l. inter donū. ⁊. c. peccatū. de reg. iur. li. vi. Et inquit Paulus. l. i. munus. ff. de verb. sig. munus trib⁹ modis dicitur. Uno modo donum. altero modo onus. inde immunitas appellatur. tercio officiū. vnde munera militaria. inde municeps qui mūera ciuilia capit. Unde dicitur. Dat meritum munus: sed confert gratia donū. Munus cum causa datur: donū sine causa. de hoc etiaz per Jo. an. in glo. in. c. accusatus. de heret. li. vi.

¶ Munera patrimonialia ⁊ mixta. Req̄re spe. de censi. ⁊ exac. in tractatu libellorꝫ §. nunc autem dicendū. versi. que aūt sunt munera. Item munerū alia sunt sordida: vt arene fodiende. calcis coquēde que in dignitatibus ꝯstitui nō ꝯsueuerunt. Alia sunt sordida ꝯtrario modo se habentia.

¶ Murex est quoddā genus piscis. inde murilegus quasi legens murices. Sunt autē murices pisces ex quorꝫ sanguine fit atramentū imperiale: in quo purpura tingebatur. ⁊ ſm Accur. in. l. i. C. q̄ res ven. non pos. Etiam coquiliū est anīal sile. Et vtrunqꝫ debet simul comburi ⁊ simul teri. vt ex eis fiant signa.

¶ Murilegus dr̄ seru⁹ auctoritate iudicis manumissus quē dn̄s liberos grauando manumitti disposuit. liberi tm̄ mortuo p̄re seruū istū nō manumittūt: ⁊ sic tanq̄ mus ꝑ foramina liberat̄. i. libertatē ꝯsequitur. qꝛ iure ptāte manumittit̄. C. de murile. in rubri. li. xi. ſm accur. vbi dicūtur murilegu li serui qui capiūt pisces qui dicūtur murices. vt. s̄. Et in illis seruis partus non sequitur matrē: sed succedit patri in officio ⁊ ī hoc est spāle: vt. l. qui aūt patrē. ⁊. l. hi qui. lib̄. ⁊ ti. p̄al. ⁊ hoc de iure romano. secus aūt de iure lōgobardorꝫ qꝛ semper in deteriorē trahitur statū vt sit matrimoniū Si aūt ꝯcubinatus seruat̄ ius romanorū q̄ sequitur ventrē. insti. de inge. in glo. iij.

¶ Musio. id est. fatuus.

¶ Munimenta dicuntur probatōes ⁊ instrumēta que cām muniunt. vide de elec. c q̄uis. in glo. fi. li. vi. Alias monimenta dicuntur eo quia monent ⁊ informant iudices quid facere debent.

BIU Cujas

¶ Mutatoria dicũtur vulgo diuersoria: vel fullonica quasi secreta edificia. Et ponuntur etiam pro vestimentis pluribus mutationem habentibus.

¶ Mutatio capit pro variatiõe in facto. verbi gra. Testator legat ciphũ vel poculum. & fit massa vel econtra legatũ non perimitur imo debetur massa poculo legato vel ecõtra. l. seruũ filij. §. ĩ pocula. ff. de. l. i. quia nõ significat volũtas testatoris mutata. & qz poculi ad massaz & masse ad poculum facilis est reductio: & sic nõ magna imutatio etiã nec in estimatiõe est magna distinctio. Item ibi. testator lanam legat: & inde facit vestimentũ legatuz perimit. l. lana. ff. de. l. ij. qz ex mutatiõe rei significatur voluntatis mutatio. Et sumitur significatũ ex hoc: qz lane ad vestimentũ nõ est facilis reductio. Etiã qz quo ad estimationem magna est distinctio. sicr quo ad aptationẽ: qz vestimentũ vni aptuz alteri vix adaptatur. & si adaptatur hoc fit cum magna diminutione sui sed ibi testator lanaz legaut heres de illa vestimentum fecit legatum nõ perimitur. l. seruum. §. item si lana. ff. de. l. i. scõm intellectũ glo. ibidez. Ratio qz mutatio facta per heredem nullatenus significat voluntatis testatoris mutationẽ. Et idem dic in aliena lana legata ponẽdo q dñs ex ea vestimentũ fecit: nam ex hoc nõ significat mutatio volũtatis testatoris nisi alias appareat. Nõ est tñ dicendũ q debeat vestimentũ sed estimatio lane. Item ibi. testator legauit aream: deinde domũ desup edificauit: domus debetur. l. seru' filij. §. aree. ff. de. l. i. qz area ẽ fundamentũ & pars potissima. Etiã qz testator mutãdo videtur in eadez remanere volũtate. Nec impositio edificij sufficit ad mutationẽ volũtat. imo qz volũtas remanet in legato & edificiũ seq̃tur suũ significatuz q testator legat domũ. Itẽ ibi. testator legat domũ: dom' ad aliam areã reducitur. area debetur qz legatũ tenet in tota re & q̃libet sua parte. ergo & si in parte rei perimitur tenet tñ in parte remanẽte: hoc addito q ex mutatione rei nulla significatur voluntat' mutatio. Sed si testator legat domũ q̃ ad areaz reducat: deinde aree edificiuz imponit nichil debet. l. si ita. §. si dom'. in fi. ff. de. l. i. Ratio qz alia dom' est & nõ illa quã testator legauit. Item ibi. testator legauit nauem: destruit' nauis: & ex eisdem tabulis reficit. debetur. l. si res. §. aream. ff. de solu. Ratio quia est eadẽ nauis ex eisdem tabulis refecta.

¶ Mutilare est aliqd membz amputare vel aliqd integrũ detrũcare. vt hoi manũ. vel pedem vel aliquod membz auferre.

¶ Mutuũ est qd alicui pstatur vt tpe suo reddat. Et dicitur quasi de meo tuũ. vnde est nomẽ cõpositus ex corrupto & integro quia qd meũ fuerat mutuando tuũ facio. Unde res q̃ ponderãtur vt argentum & si multa que numerãtur vt pecunia. & q̃ mensurantur vt frumentũ mutuari possunt: vt l. ij. ff. si cer. pe. §. mutui datio. vbi dicitur. q mutui datio consistit in his rebus que ponderę. mensura. numeroue cõsistunt. in sti. qui. mo. re ptra. obli. in pn. veluti oleo frumẽto. pecunia nũerata &c. Et ꝛ vsura sit quicqd accidit sorti in mutuo ex pacto: vel intentiõe principal' tñ in aliis rebus puta vestib' vel aliis nõ in mutuo psistentibus etiã vsura cõmittitur vt. xiij. q. iij. c. plerique. & c. se. Usura est vbi ampli' requiritur q̃ datur Pro quo distingue duplicẽ vsurã. vt. j. de lra V. Sed nunqd erit mutuũ si q̃s oues ad numerũ dederit. Rñdet q nõ: qz in mutuo inspicięda est natura et psuetudo rei mutuate. Nam pecunie psuetudo natura & aptitudo est vt ad numerũ detur. l. i. ff. de ꝓben. emp. & vendi. & sic de frumẽto. Sed lubri oues. & silia nõ dãtur ad numerũ: nec sic ad põdus vel mensurã eo q res mutuata nõ est eadem sed psilis reddi debeat. Et in hmõi reb' nõ põt omnimoda silitudo inueniri ita q res semp omnino similis vendatur.

¶ Mutuũ eñ dantes & nichil inde sperãtes. &c. de vsu. c. ꝓsulunt. &. c. nauigãti. e. ti. in glo.

BIU Cujas

De Na

Nancisci est aliquid acquirere consequi vel adipisci. Unde dicitur. nactussum illā. id est. adeptus sum: vel acquisiui cam.

¶ Natura dicitur multis modis. Quāqz vis insita rebus similia de similibus procreans. Scdo stimulus vel instinct⁹ natuee ex sensualitate proueniēs ad appetendum. procurandū vel educanduz. Tercio instinctus nature ex ratione proueniens. vt est glo. i. dis. ius autem naturale.

¶ Naturalis dicitur filius ex concubina que in domo propria tenetur vnica quasi loco vxoris. Et ita is in bonis patris ab intestato succedit ī duas vncias paterne sube si alij filij legitimi nec vxoris extent in bonis autem maternis cum filijs legitimis succedit.

¶ Natale dicitur scriptura cū annis dñi. ⁊ p̄conizata q̄ dicebat luciū esse natum ingenuū. ⁊ sic in legendis sanctoꝝ ⁊ intitulatur natalis sancti Johis qñ morit̄ quasi tunc nascatur nunq̄ moritur⁹. vel dr̄ prima natiuitat⁹ q̄ ē de iure naturali. Et oēz hominē dicit liberū. vnde cōstitutū est nō efficere manumissionē natalibus. i. ingenuitati. insti. de inge. in fi. Item dicim⁹ seruus iste restituitur natalib⁹. i. libtati quā habet ex iure naturali. ff. de nata. l. ij.

¶ Nauliū est vectura siue preciū qd̄ p̄statur pro eadez facta collatōe int̄ vectores vehētes pro mercede nauigationis illis qui nauigiū exercēt vel ducūt. Uñ Lodo. de ro. in singularib⁹ suis dicit ad qōnez talem nautam conduxit: vel mulionē aut galeam ad portandū familiaz meā. Quid si moriātur aliqui in naui vtrū p illis nauta dēat naulū vl̄ pēsionē habere. Sub distinctione si fit cōuentio de illis ducendis vel ad talē locū deportādis. tūc pro mortuis non debet solui naulū. Si vero fit de illis pactū in naui ponendis. tūc secus. Tertio si dubitat̄ de verbis tūc etiā debetur naulū. tex. est sing. in. l. si vehēda. in prin. ff. ad l. ro. de iac. Sil̄e dicetur de infante nato in naui. ff. locati. l. si adest. §. siquis mulierē.

¶ Nauta est qui ministrat naui vel ducit nauem eā gubernās. ⁊ ea que ad vsum ei⁹ pertinēt faciens. ff. nau. cau. sta. l. i. §. ij. ff. fur. aduer. na.

¶ Nauticus thiberinus est q̄ nauigat in flumine rome vehendo in romā vel extrahendo ad castra. vt. C. de nau. tib. l. ad castra. li. xi.

¶ Nauticū fen⁹ est quod propter nauticā: pecuniā vel quasi nautica exigit̄. ff. d̄ nau. fe. per totū. et. C. e. ti. libro cuz proponas.

¶ Nautica pecunia est q̄ pericculo creditoris in nauigio, suscepto datur trahenda. Sed quasi nautica est cū piculū mutuate pecunie in me recipio si aliqua cōditio nō existat puta si piscator nō capiat pisces et hmōi vide glo. C. de nau. feu. in Rubrica.

¶ Naufragium est naue fracta submersio reꝝ siue corpoꝝ ⁊ dicit̄ quasi nauis fragiū id est fractura. C. de naufra. li. xi.

¶ Nauicularij seu naucleri sunt qui transportant publicas spēs scdm Accur. C. de nau. publi. spe. transp. li. xi. in Rub. Et dicūtur etiā illi qui ante nouarias spēs a susceptorib⁹ in prouincia accipe ⁊ romā vel in castra. vbi erāt milites deferre debebāt

¶ Nausochonium est domus in qua iuuenes educantur.

De Ne

¶ Necessitudo est parētela vl̄ cognatio. l. nō ē singul̄. ff. de reg. iu. vbi glo. sic expoit.

¶ Ne prout nō capit̄. ff. de acquirē. posses. l. qui absenti. §. i. De hac dictiōe vide. C. de indictio. vi. tol. in auctē. cui relictum.

¶ Nec. implicat sensum cōtrariū expresse vt no. in. l. iuris ignorātia. C. qui admi. ad bono possessio. poss.

¶ Negociuz est triplex. scz cōe. publicū. ⁊ priuatū. Cōmune qd̄ ptinet ad dispositionem alicui⁹ regionis. Publicū qd̄ ptinet ad regionē alicui⁹ ciuitat⁹. sz p̄uatū qd̄ ptinet ad priuatā psonaz. Et istis trib⁹ negocijs correspondet triplex dispensatio. scz politica que ꝯsistit in prouisione plurium seu toti⁹ cōmunitatis. Et hoc docetur in

BIU Cujas

octo libris politicoꝝ aristo. Iconomica: q̃ consistit in dispositione familie. ⁊ habet in duobus libris iconomicoꝝ Aristo. Et monastica vel ethica: que consistit in regimine suipsius tm̃. ⁊ illa tractat in decem libris ethicoꝝ eiusdem.

¶ Negociatio est in cõmerciis sicut negocium in dispensatione. vnde tam negociatio q̃ negociũ aliq̃n signficãt actionẽ alicui⁹ rei: cui⁹ ꝓtrariũ est ocium. Aliq̃n actionem esse idem qđ urgũ litis. ⁊ dicit q̃si negans ociũ. c. fozus. §. negociũ de ẏ. sig.

¶ Negligentia est cuius qđ fieri debet vel potest obmissio.

¶ Negatiua apud iuristas est improbabilis: vt. vi. q. i. actoz. C. de proba. l. actoz. de elec. bone memorie. j. vbi dz, Negantis factũ nulla est probatio: subaudi directa: qz qđ nichil ẽ nõ cadit i sensũ. Vñ sciendũ multiplex est negatiua. s. facti: dicti: iuris equalitat: et quedã pura. Unde negatiua facti duplex est. s. pura: q̃ habet determinationẽ tẽporis: loci: vel alterius rei puta qz est coartata ad certas personas ỏ qua est casus. c. iij. loco de probat. vbi coartatur ad personas capituli. Et illa probari potest indirecte. verbi gratia. Si instrum entum exhibeat ꝓtinens stipulationẽ factã tali die vel loco. arg. ca. ex tenore. de testi. Aut nõ habz aliquam talũ determinationem; ⁊ tunc probari nõ põt directe vel indirecte: vnde onus probandi transfertur in aduersariũ. ⁊ hoc ido: qz negationũ nõ sunt cause nec circũstantie q̃ sunt necessarie in probatione. vt si quis dicit se nunq̃ ꝓfisse cũ bertha. vel nõ cognouisse berthã q̃ dz negatiua explicata. ỏ fri. ⁊ malefi. c. i. Vel dicitur negatiua positio. Est em̃ positio negatiua implicita: vt pono q⁹ in electione tm̃ quattuoꝝ canonici presentes fuerunt: vt in. c. cum ecclesia. de cau. posses. et proprie. Quas positiones negatiuas iuris rigoꝝ repellit. sed equitas admittit si iudici videbitur: vt in. c. i. de confessio. lib. vi. Etiam ibi. Si aliquis dicat se esse non catuz ⁊ negatiua facti mixta dicitur que cum affirmatiua implicita miscetur: vt illa que habet affirmatiuam implicite dicendo. Ego non renũciam sponte: quasi dicat: renunciani coactus vel inuitus. Et hoc debet probari ab eo qui negat. c. super hoc. de renuncia t. Sed negatiua iuris probari potest. vt si dicat quis alicui. Non potes esse testis: debet hoc probare. Similiter si negetur emancipatio rite facta. ⁊ negans aliquis iuste factum debet hoc probare q⁹ non sit factum de iure: sed contra ius: vt in. l. ab ea parte. §. i. ff. de ꝓbatio. vbi dicitur ab ea parte que dicit ad uersarium suum ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel constitutione probari oportere. Item respondet si quis negat emancipationem recte factam probationem ipsum prestare deberet.

¶ Negatiua vero qualitatis duplex est. scz aut qualitatis intrinsece. aut qualitatis extrinsece. De qualitate intrinseca. vt cuiz homo nascitur. ⁊ tunc presumitur negatiua: nisi probetur affirmatiua. Unde si negetur scientia probandum est hoc examinatione iudicis. de preben. cum scõm. apostolum. Si etas per aspectũ corporis in legitimitas aut ergo is cui legitimitas opponitur est de hoc infamatus. ⁊ tunc cogitur se purgare. c. bone. preallega. Dicẽdo ergo. Ille non est idoneus. non est legitimus. non est soluendo. ⁊c. probari debet ab eo qui dicit. quia quilibet presumitur idoneus. bonus ⁊c. nisi contrariũ probetur. de presumpt. dudum. de scruti. in or. fa. c. vnico. ⁊ nisi ius presumat in contrarium. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. quintus. ff. de probatio. si pactum. ⁊. l. si cirographum. Etiam iudex qui habet hoc ex officio suo cuncta rimari. c. iudicantem. xxx. q. v. et. xxiij. q. viij. occidit. de offi. delega. super questionum. §. intentionis. Potest ⁊ debet si viderit expedire. ⁊ interrogare super negatiua. argu. ff. de interroga. actio. l. vbicunq⁹. ⁊. c. cum iohannes. de fide instrumen. vbi iudex facit interrogationẽ quam etiam pars facere non poterit, cum

BIU Cujas

esset in causa conclusuz: faciunt nota. per Hosti. ⁊ Inno. in. c. sup his. de accu. ⁊ maxime sup negatiua vbi agitur de salute vl' piculo anie. arg. de re iudi. c. lator. ad finē Ex p̄dict] elicitur ꝙ quis in iudicio excusatur a respōdendo positioni negatiue. iō qꝛ qui negat nō ponit sed remouet siue sit negatiua implicita siue explicita quā faciunt he dictiones tantū solum ⁊c. ⁊ spe. ti. depo. §. viij. Sic probat neutrā p̄dictarū poni posse. Nam positiōes succedūt in locuz probationū. vt in auctē. de his qui in gredi. ad app. §. fi. vnde id soluz veniet in positione qd̄ in probatiōe. Sed negatiue vt p̄dicitur nulla est directa probatio. ergo nec positio. Et dat Bal. rationē: quia respōsio ad positionē fit ad releuandū ab onere ꝓbandi. Sed positiōes negatiuas nō habz necesse probare. ergo nō est ei respondendū. Et ita dicit sentire glo. in. l. ij. in. §. qd̄ obseruari. C. de iura. ca. Si vero h̄ret necesse probare tunc deberet responderi. vt. c. i. de confes. li. vi. Idem dicit negatiuam positionē esse in qua ponitur dictio absqꝫ. vt no. Cy. in. l. actor. C. de ꝓba. in. iij. qōne. hoc veruz qñ ista dictio absqꝫ venit ad exclusionē alicui⁹ affirmatiue. et ita ex se nō implicat affirmationē. Secus si implicaret illā. verbi gr̄a. Pono ꝙ res fuit absqꝫ eo ꝙ titiū tali die percuteret. qꝛ tota die fui absens alibi. Nam talis positio nō dicitur mera negatiua. qꝛ oritur ex affirmatiua. s. fui alibi. Et hoc tenet spe. in ti. deposi. §. videndū. ver. viij. fa. no. insti. de inuti. sti. §. item verboꝝ. Item quia ponens illud qd̄ ponit si negatur necesse habz probare. l. actor prealle. que est canonizata. vi. q. vlti. actor. in qua dicitur actor qd̄ assueuerat probare se non posse ꝓfitendo reum necessitati monstrādi ꝯtrarium non astringit. Cum per rerum naturam factū negantis probatio nulla sit. Et sicut propositio negatiua vt predictū est: sic etiam positio negatiua est triplex. s. facti. iuris ⁊ qualitatis. Et facti scz duplex. simplex ⁊ pura que non habet determinationē loci. temporis vel rei consimilis: vt illa pono me non cognouisse bertham. c. i de frig. ⁊ male. ⁊c. De tali em̄ in. c. cum ecclesia sutrina. de cau. posses. ⁊ proprie. Et alia impura vel mixta. videlicz que est certo loco coartata: vt in. c. proposuisti. de ꝓba. vbi per loci inspectionē probatur non cognita. Et habet in se sensum affirmatiuum implicitum. vt non cognita. i. virgo. Et dicit Bar. de sax. in. l. quicunqꝫ. preal. se semper defendisse. ꝙ qui proponit negatiuam debet eam probare etiam si non sit coartata loco vel tempore. qꝛ intelligitur coartata persona proponentis per. c. plerique. ij. q. vij. vbi boni viri sufferunt peccata aliena ⁊ tacēt: qꝛ que sciunt iudicib⁹ probare nō possunt. Et hoc ipse idem concludit. C. de ser. fugi. l. preallega. Ponat actor quicquid velit affirmatiue vel negatiue pro intentione sua fundāda hoc probare debet. Et nota ꝙ antiqui doctores negatiuam probari non posse intellexere per testes. Sed hodie iudex pōt admittere positiones negatiuas que non possunt probari nisi per confessionē aduersarij si saltem hoc videatur ei equuz ⁊ expediēs. De hoc de tempo. ordi. dilectus. de eta. et quali. c. vlti. ⁊ glo. antepenult. in. c. i. de cōfessio. li. vi.

¶ Nepos est fili⁹ filij vel filie. sed neptis filia eorundem. Etiaz nepos capitur pro filio fratris. c. ij. de arbi. c. fundamēta. de elect. li. vi.

¶ Nepos posthumus est qui post mortē aui natus est superstite suo patre.

¶ Neophitus dicitur nou⁹ in fide. xlviij. dis. quoniam. a neos quod est nouum et phitos quod est fides. Item dicitur nouus in religione. ea. dis. sicut olim. Et prohibetur talis ordinari duabus de causis. vt ponit Goffredus in sum. de temp. ordi. §. sequitur.

De Ni

¶ Nisi quot modis capiatur: vide per Dy. in regula peccati. lib. vi. ⁊. l. actione. C. de transac. Nam quando dictio nisi se

quitur negationez: tunc stat inclusiue. ⁊ sic ponit respectus excipiēdi: vt in. c. postulasti ⁊ in. c. sedes de rescripti. c. romana. ꝟ. ij. de ap. li. vi. Si ꝟo p̄cedit affirmatiue ⁊ hoc respectu excipiēdi: tunc p̄uat. c. i. de ap. c. si vero de sen. exc. cum similib⁹. Itē ⁊ adijcit orationi affirmatiue priuat: de testi. c. de testibus in fi. Qñq; nec ponit nec p̄uat. ij. q. i. hec est rō. Nam oro p̄cedens nō complectebatur illū casum. Interduz ponitur pro sed. xxviij. dis. si deinde. Qñq; ꝓ si nō: vt. c. preterea. ij. de ap. ⁊. c. q̄cunq; de sen. excō. li. vi. Unde quando ponitur nisi in sententijs ⁊ in vltimis voluntatib⁹ videtur inducere cōditionem secus in cōtractibus. De hoc vide ꝑ dñm Dy. vbi supra. Et dictio nisi cōponitur ex ni. i. nō ⁊ si: quasi nō. Et sumitur tripliciter. Primo cōditionalit. Secundo exceptiue. Tertio his modis simul Item cōditionaliter. tripliciter: vel quo ad resolutionez vel quo ad dispositionē. Quo ad resolutionez ibi. Uendo tibi fundū pro decem nisi alius infra mensez attulerit meliorem cōditionez. Nam venditio est pura solutio cōditionalis: quia resoluitur vel rescinditur si alius infra mēsem attulerit maius precium: sed nō stabit venditio. l. ij. §. si in diem. ff. ꝓ empti. Item ibi. Lego decē nisi nauis ex Asia venerit infra mensem dispositio est conditionalis: quia sensus est si nō venerit legatū valeat ⁊ ꝑficiatur. Similiter ibi. Lego nisi noluerit dispositio conditionalis ⁊ legatū cōditionale. Et est sensus lego si heres nō ꝯtradixerit seu reprobauerit sicut apposita conditione. si capitoliuz non ascenderit. l. fi. ff. de condi insti. Item ibi. Lego decez adimo nisi nauis ex asia venerit: ademptio est ꝯditionalis. ⁊ ē sensus. adimo legatum: ⁊ nolo tenere ip̄m si nauis venerit: ⁊ qꝛ adēptio est sub ꝯditione vr̄ datum sub cōtraria cōditione. l. quibus diebus. §. qui titio. ff. de cōdi. ⁊ demōstra. Significatur etiam exceptiue qñ eximit seu tollit aliquid qd̄ est in oratione precedenti. vt nō sit idē ius vel idem effect⁹ Et hoc dupliciter. vt p̄missum ē. s. affirmatiue post oronem negatiuā: ⁊ negatiue p⁹ oronem affirmatiuā: vt null⁹ hō currit nisi sorcrates. oīs homo mouetur nisi plato. facit l. i. C. de trāsac. ⁊. l. si eū. in fi. ff. si quis cautio cū ibi nota. Itē in p̄dictis vbi refert ad resolutionē ⁊ ademptionē facit cōditionez Et significat etiaz aliq̄liter exceptiue. ⁊ sic cōditionaliter significat ⁊ exceptiue simul

¶ Nichilominus ⁊ nichilomagis differūt qꝛ p̄mū includit affirmationē ꝟm negationē: vt insti. qui. nō est ꝑmis. fa. te. §. i. in glo.

De No

¶ Nomiator. i. elector officialiuz. vt. C. de peri. nominato. l. i. ⁊. ij. li. x.

¶ Nomen qñq; idem ē ꝙ ius debitoris: vt in. l. a diuo pio. §. in plurib⁹: vbi dr̄ ꝙ prio debent venire. i. vendi mobilia. secūdo immobilia. tertio noīa. i. iura debitoꝝ cōdemnatoꝝ ⁊ specialiter in. §. sic quoq; ⁊ seque. Item qñq; nomē idē est qd̄ fama. vt dicendo. Melius est nomē bonum q̄ vnguenta p̄ciosa. Eccl. vij. Etiā qñq; capitur ꝓ noīe rei ꝓprio vel appellatiuo. ⁊ sic dr̄. Nomen consonans dz esse rei. xxi. di. cleros. de preben. cum scd̄m aplm. insti. de dona. §. est et aliud genus. xvij. q. i. si cupis. De nomine proprio dicitur ꝙ similitudo nominis inducit affectionez. ff. de lega. ij. l. cum filius §. pater. iuncta glo. ⁊. ff. de lega. i. si quis in fundi vocabulo: vbi dicitur ꝙ de nomine ꝓprio non est cura: vel de cognomine: duz in substantia nō erretur: quia nomina hominum mutabilia sunt: rerum autē īmobilia.

¶ Nobilitas scd̄m Bar. de saxofer. in tractatu de nobilitate quem composuit circa l. si vt ꝓponis. C. de digni. li. xij. post quattuor opiniones de nobilitate quas reprobat. Nobilitas est qualitas illata per principatum tenentē qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur. Primo dicitur qualitas quia potest adesse vel abesse preter subiecti corruptionem nam mulier plebeia nubens nobili nobilis efficitur l. mulieres. C. de digni. ⁊. l. femine. ff. de sena. ⁊ hi quibus imperator de nouo concedit dignitatem. vt in to. ti. p̄a lle. Ita muli-

BIU Cujas

er nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis. sicut ille q̄ propter delictū perdit dignitatem. l. quotiens. ꝛ. l. iudices. C. eo. ti. Et sic in aliquo tempore quis est nobilis: in alio ignobilis. imo in vno loco nō in alio vt sarracenus nobilis captus a christiano est ignobilis ꝛ seruus ꝛ ecōuerso. Dicitur illata quia nullus a seipso potest habere dignitatem vel nobilitatem: sed oportet q̄ per alterum conferatur. immo qui sua auctoritate assumeret in crimē falsi incideret vt in. l. iuliam maiestatis. ff. de fal. ꝛin reg. iur. c. i. li. vi. vide no. per bar. in. l. vendatur C. de profes. ꝛ mod. ꝛ in. l. i. C. vt dig. ordi. seruetur. ꝛ bal. i. l. data opera. in. xvij. coll. C. qui accu. non pos. vbi ponit denominante se comitem qui non est: ꝛde creante not. cum nō habent not. Etiam quia dignitas infertur in alium ex mera gratia concedentis: scilicet principis qui nō recognoscit superiorem. alias enim superior cogeret inferiorem vt daret dignitatem sic esse ex debito. Possunt tamen precedere aliqui causse ex congruo impellentes concedentem vt sunt virtutes ꝛ act⁹ virtuosi. ff. de orig. iur. l. ij. in penul. ꝛ vlti. colūna ꝛc. Dicitur per principatum tenentem. Sed principatum omnium tenet deus: qui quandoq; nobilitates et dignitates temporales immediate instituit. quādoq; alius princeps nō recognoscens superiorem temporalē. Nam baro qui nō est miles potest certo casu facere militem: licet cōtrarium notat: Cy. in. l. ij. C. de here. tu. ꝛ bar. in. l. fi. C. vnde liberi. vbi dicunt q̄ qui nō est doctor nō potest facere doctorem, nec militem qui nō miles Possunt tamen reges vel duces extra regnum suum in alienis partibus facere milites: quia ea que sunt voluntarie iurisdictionis vt est facere militem possunt exerceri extra territorium. l. i. ꝛ. ij. ff. de offi. procons. ꝛ lega. Dicitur qua quis vltra honestos plebeios. qua plebeiorum quidam sunt honesti. quidam viles. l. mulier. C. eo. titu. Licet ergo honesti plebei sint magis accepti, nō tamen sunt nobiles, quia nobilis est acceptus vltra honestos plebeios. Et dicitur acceptus quia nobilitas consistit in hoc q̄ princeps facit quem gratum ꝛ acceptum: licet in ciuitatibus que regnantur per populum nobiles sint interdū minus accepti. ꝛ plus puniantur in penarū impositione. Dicitur vltimo ostenditur: quia si quis per mille annos viueret cum omnibus virtutibus ꝛ princeps eum summe diligeret et acceptū haberet tamen plebeius remaneret donec in eum infertur dignitas nobilitatis per principem qua ostenditur acceptus vltra plebeios. Et potest ostensio fieri verbis expressis hoc continētibus l. ille autem. §. cū verbo. ff. de lega. iij. Quā doq; etiam non exprimuntur verbis. ꝛ tunc debet fieri aliquo actu hoc casu de necessitate importante. l. pro herede. §. pomponius. ff. de acquir. heredi. vt si conceditur alicui officium quod haberet dignitatem vel nobilitatem annexam vel comitatum ducatum ꝛ cetera. Cetera de nobilitate. vt dicit quattuor opiniones. ꝛ tres nobilitates. Et qualiter aliquis debeat probare nobilitatem. vide in tractatu practice Et vtrum nobilis propter ingressum religionis perdat nobilitatem. vide Lodo. de ro. in singularibus suis. Bal. in. l. deo nobis C. de epis. ꝛclc. ꝛquod nō facit. ff. de re. iur. l. iura. que dicit iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. Et nobilitas ē quoddam ius sanguinis quod est incommutabile: vt in. l. iuus agnationis. ff. de pac. vide glo. ord. xxvij. q. ij. scripsit. xx. q. iij. presens clericus que volunt q̄ sic. quas approbat Spe. in titu. de statu. mona. §. i. ver. xi. Etiam dominus de ro. inter quos talis questio de facto fuit mota allegabant duas glo. a parte volentes monachum nobilitatē perdere. Primaz in. c. i. de purga. ca. super. ꝟ. ingenuus non est. Secundam in. c. ea que de test. reg. ver. sup personaꝝ delectu. Quibus tamen non obstantibus domini de rota cōtrarium determinauerunt per rationem vt supra.

¶ Non obtemperare idest non obedire: vt

BIU Cujas

qui sciens non paret vocans a domino vel iudice. ff. si quis ius di. non optem. in rubro ⁊ nigro.

¶ Non significat negatiue communiter. qꝛ aduerbium negandi. Quandoqꝫ tamē etiam significat affirmatiue: vt ibi. Promittis michi. x. ⁊ respondes quare no. l. i. §. i. ff. de verbo. obli. Nam sensus est ꝙ promittis ⁊ cōsentis significato sumpto ex dictione quare iuncta dictioni non quasi dicens Non est ratio negandi. i. assentio. Et idem ibi. si interrogatus an velim adire hereditatem michi delatam respondeam cur non videor adire hereditatem. Secus si dicerē hec hereditas non displicet. nam tunc nō videor adire: quia non sequitur non displicet. ergo placet. quia est medium inter non displicere ⁊ placere. scilicet non placere sic est medium inter velle ⁊ nolle. scilicet non velle. Nec obstat. l. cum ātea. C. de arbi. vbi tex. nō displicet. Et partes sentētiam ab arbitro latam videntur approbare quia ibi non displicere capitur pro placere: et hoc ex approbatione arbitri. Etiam quādoqꝫ duplicatur dictio: non tunc significat affirmatiue. l. duobus. ff. de verbo. signi. Nam due negationes faciunt vnam affirmatiuā quia negatio destruit negationem nisi probabili medio proferentis inferatur voluntas. vt. l. i. C. de ser. fug. ⁊. ff. de offi. prefec. vr. l. promulgatis. ⁊. ff. de sena. l. femine. et de iureiur. ⁊ si christus. in p̄ncipio.

¶ Notabilis idest notatus vel infamis. c. ex parte ade. de testi.

¶ Non admitti ad partem capitur pro ipso quod est non admitti facta distributione a parte: quando pars cui facta est non admittitur. Vel ideo quia in rerum natura non est: vel quia alias admitti non potest verbi gratia. Legatum relictum est michi ex posthumo. Postumus existens in vtero licet non admittitur ad partē significatur tamen me tantum admittēdum ad partem. l. si duobus. in prin. ff. de lega. i. Ratio quia michi pars tātum relicta est. Et si dicatur deficit cōiunctus quia non admittitur ergo pars eius michi accrescit ex dispositione legātis. vt patet in materia coniūctionum ⁊ sic admittar ego ad totum Respondetur ꝙ nō deficit coniunctus in casu premisso quia est spes cum nasci ⁊ admitti. Item ibi Testator michi ⁊ ei qui capere non potest legat. x. ego ad. v. tātum admittar. l. si titio. ff. de lega. ij. ⁊ intelligit Bar. ꝙ capere nō potest: quia aufertur ei res a testato tāq̄ indigno: ⁊ si nō admittitur. loco eius admittitur fiscus: ⁊ sic pars eius non deficit nec michi accrescit. Item ibi testator legat michi ⁊ seruo suo proprio. ego admittor tantum ad partem. l. plures. §. si coniunctum. ff. de lega. i. quia ex parte tantum michi relictum est: et pars coniuncta nō omnino deficit: quia naturaliter seu de equitate sibi debetur. Sed ibi legatur michi et illi qui non est in rerum natura nec esse speratur admittor ego ad totum. l. si duobus preallega. §. fi. ff. de lega. i. Ratio quia pars coniuncta omnino deficit. Idem ergo in omni casu in quo pars totaliter deficit vel quia coniunctus moritur ante testatorem vel relictum est posthumo qui nascitur abortiuus vel si coniunctus repudiat: quia tunc pars coniuncti omnino deficit: et ideo propter cōiunctionem alteri parti accrescit: licet de cōsuetudine quarundaꝫ ꝑtium: vt francie cōiūctio nō significat ius accrescēdi. Ideo quātūcūqꝫ deficit ꝑs vniꝰ alt̄ tm̄ ad ꝑtē admittit̄. s. sibi relictā. Significat ergo nō admitti ad ꝑtem ip̄m coniunctum ad partem tantum vel ad totum admittendum ꝓut hoc quodlibet mediuꝫ probabile declarat.

¶ Nolle ⁊ nō velle differūt: qꝛ nolo importat p̄cise resistētiā ꝯtēptū ⁊ oīmodā ꝯdictionē vel repudiationē: ⁊ nō solū absentiā volūtatis. Sꝫ nō volo tm̄ aliqualē ⁊ nō oīmodā īportat ꝯdictionē: vt no. Jo. an. de offi. dele. c. prudētiā. §. sexta. sup. ꝟ. nō velit. Et q̄nqꝫ capit̄ nolo vt ēt non īportat p̄cise resistētiā ꝓ n̄ volo. vt i. c. finē litib⁹ de do. ⁊ ꝯtu. ibi nolit aut neq̄at ꝟm Jo. an. ⁊ sequit̄. Vin. Silr dormiēs nō vult legere tūc ⁊ tm̄ exp̄sse

BIU Cujas

se legere non legat: vt no. de spō. c. ij. Et dicto nolle cōponitur de non velle. Alij tamen ponunt differentiam dicentes q̄ non velle significat priuatiue idest nō esse voluntatē seu motū voluntatis. Sed nolle significat positiue idest esse motum nō fieri vel non obtinere illud de quo queritur. Et per hoc dicunt doc. q̄ si heres deliberādo de adeundo dicit se nō velle adire, hec verba non significant repudiationez: quia nō velle adire est nō habere motum animi ad eundum. nō autez per hoc sequitur q̄ repudiet. secus si dicat. nolo adire. quia sensus est q̄ habet motū animi ad nō habendam hereditatem. et ideo significat repudiationē. facit. l. filij. §. i. ff. ad tertu. ꝓpter hoc dixit lex q̄ inter velle ꝛ nolle est medium scilicet non velle ꝛ nō nolle. l. i. §. scientiaz. ff. de tribu. ac. ꝛ hoc de. ꝓprio, significato verbi. Sz ex circumstantijs possunt recipi alia significata.

¶ Nota est idem q̄ infamia. l. i. ff. de his q̄ no. infa.

¶ Notare quandoq̄z est reprehēdere. c. fi. de sortil. Quādoq̄z infamare. c. accidēs de purga. cano. Quandoq̄z considerare. c. cū olim. ij. de of. deleg.

¶ Notari⁹ ē publica ꝑsona. q̄z eius officiū ad publicam vtilitatē inuētum ē. ꝛ dī a notando qđ est negocia hoīs publice ꝛ auctētice in publicā ꝛ auctenticam formā redigere. Et idē dī scriba a scribēdo. ꝛ tabellio seu tabellarius a tabula. Rc. s. locis suis.

¶ Nothus dī illegitim⁹. ꝛ ꝓpe de adulterio nat⁹ sicut dī notha febris que affligit vt quartana. nō tamē est vera quartana vt nota. glo. in. §. persone vero. in fi. c. nisi cuz pridem. de renunci. Etiaz dicitur a nota. i. infamia. quia talis infamiā incurrit.

¶ Notoriū est triplex. Quoddam est notoriū ꝓsumptionis. scilicet quod est de euidentia iuris vehementis ꝓsumptū vt paternitas. filiatio. vbi nō requiritur alia ꝓbatio. c. quoniam. de fil. presby. Nā de hoc q̄ quis sit alicuius filius nō potest vere ꝓbari. l. lucius. ff. de condi. ꝛ demon. vnde filius est quem nuptie demonstrant. ff. de iu. vo. l. quia semp infi. nā ꝛ vir ꝛ vxor aliquem infantē nutriunt ꝛ dicūt eum filiū eorum esse. tunc ꝓsumitur eoruz filius. Est ergo notoriū ꝑsumptionis euidentia rei euidente a iure ꝓsumpta. Aliud est notorium iuris. et est clara iudicialis confessio incōuincibilis ꝓbatio: et irretractabilis diffinitio. de quo scilicet notorio quis dānatus est. vel in iure confessus. Et sic illud est duplex. videlicet ꝙ cōfessionem factā in iure. ꝛ per sentētiam iudicis: vt in. c. vestra de cohabi. cle. ꝛ mulie. Tertiū ē notoriū facti scilicet quod cōmissum vel factuz nō dubitatur a populo vel maiori populi parte et per euidentiam rei nulla potest tergiuersatione celari. nec oportet q̄ omnes circūstātie facti sint note: vt. c. vlti. de coha. cle. ꝛ mul. ea. cum dilectus. de purgat. cano. in fi. ij. q. i. manifesta. ꝛ. c. se. Et illud notorium est triplex scilicet ꝑm triplicem distinctionem facti. Quoddaz est facti permanētis ꝛ continui. vt q̄ deus solis stat in palatio papiēnsi continue. c. dilecto. de appel. ꝛ illud nō indiget ꝓbatione. Aliud est facti transeuntis: vt q̄ quidaz in publico palatio occidit coram populo. Tertiū est notorium facti interpellati vt qui a usurari⁹ vna die tenet mēsam patā. alia non Et illud sic describitur. Est quoddam intellectuale et notū sic q̄ nō potest aliqua tergiuersatiōe celari. ꝛ qđ ꝑsbyter cognoscat cōcubinā cū qua hz aīalia gradiētia circa focuz panem poscētia. De ꝫ plen⁹ no. ꝓ doct. in. c. vestra ꝑal. vbi tractat materia notorij q̄ est adeo intricata q̄ dicit Jo. de ligna. ꝛ dīs q̄nto. de butri. q̄ multi loquūtur de notorio qđ sit notoriuz ignorātes. Et in cōsilio basiliensi in sessione. xx. additus est quartus modus vltra tres communes notorietates. scilicz quādo sacerdos mulierem de incōtinētia suspectam ꝛ infamatā tenet ꝛ per suum superiorē admonit⁹ ipsaz cū affectu nō dimittit. vt in decre. quod incipit. Quicunq̄z clericus in quo etiam notorij concubinarij a ꝓceptione fructuum omniū bñficioꝝ suoꝝ

BIU Cujas

trium mensiū spacio ipo facto suspendunt quos fructꝰ supioꝛ ꝓuertat in fabricā: vl in aliam euidentē vtilitatē ecclesiarū ex q̄bus isti fructꝰ ꝓcipiūtur: ꝛ nisi monitus cōcubinā dimittat aut aliam non resumat omnibus beneficijs priuetur. Et nota q̄ moderni ponūt nouem gñaꝝbationū: que in ure forma lr differūt. vt sunt argumētū: p̄sumptio: iudiciū: fama: rumoꝛ: occultum pene occultū oīno: manifestū ꝛ notoꝛium. Unde argumentū est ratio rei dubie faciens fidē de ꝑeret. cū ex iniuncto de ꝑbo. sig. c. fœlus ℙresumptio ē q̄dā meduꝛ intellectuale veritatis eliciende ex circumstancijs insurgens: de p̄sumpti. ex studijs. De illa q̄ sunt iuris tm̄: ꝛ q̄ iuris: ꝛ de iure: no. in. c. is qui fidez de spon. vbi glo. no. de q̄ntuplici p̄sumptione. Judiciū est mediū intellectuale ex aliqua singulari circūstantia insurgens C. ꝛ. ff. de rei ven. l. iudicia. Fama est illese dignitatis statꝰ vita ꝛ moꝛibus cōprobatꝰ ꝑoc verū de fama ꝑois: sicut ifamia lese dignitatis status vita ꝛ moꝛibus reprobatꝰ Sꝫ fama de aliquo negocio est medium veritatis eliciende: ꝛ cōmunis ꝛ clamoꝛosa insinuatio insurgēs apud totā vel maioꝛem partē populi ex incerto auctoꝛe ꝓueniens. Rumoꝛ est particularis insinuatio clamoꝛosa ab incerto auctoꝛe consurgēs. ℙene occultū quod ꝓbari pōt: sꝫ difficulter Occultū oīno ē quod nullatenus ꝓbari pōt ꝛ subijcitur iuri diuino: de simo. sicut. vi. q. i. si omnia. Manifestuꝫ dicitur q̄ de facili ꝓbari potest ꝛ notoꝛium. s. descriptū est De quo et datur exemplū de statua ꝛ ꝓcussione. vt no. in. c. super eo. de testi. cogē. tm̄. l. ciues. C. de appellatio.

¶ Nouatio ē prioris debiti a prioris obligationis partibus hoc volentibus expresse in aliam obligationē transfusio vel trāsactio. verbi gratia. Debui tibi centū aureos sub ꝺditione si nauis venerit ex asia placuit inter nos nouare obligationez: vt illō quod debui tibi sub cōditione: pure ꝛ sine cōditione debeā. Hec est nouatio ita q̄ prioꝛ obligatio cōditionalis transit in posteriorē p̄ nouationē. Eodē modo pone exēpla in sūbus. vt. ff. de noua. et. C. e. t. p toī.

¶ Nouale est terra preciosa alias prętermissa que per annū cessat. Alij dicunt q̄ ex silua que arboꝛibus exturpatis ad cultū redigitur fieri nouale dicatur. ꝛ vtraq; illaꝝ interpꝛetationum colligit ex legibus ciuilibus. Sꝫ apud notarios romani pontificis nouus vsus obtinuit q̄ nouale etiā dicitur ager de nouo ad agriculturā redactꝰ ꝺ quo nō extat memoꝛia q̄ aliq̄n cultꝰ erat vt in. c. q̄ ꝑ nouale: de ꝛbo. sig. vbi de hoc

¶ Nouum opus facit qui aut edificando aut destruendo: aut foueā faciēdo p̄stinaz faciē operis immutat. Secus si veꝰ reficiat vel incremētum imponat: quia tunc non videtur nouum opus facere. ff. eo. titu. l. i. §. nouum. ꝛ. §. si quis edificiū.

¶ Noui operis nunciatio ꝑm hostiū. est ille qui de nouo edificat in pręiudiciū alterius facta legaliter. l. i. ff. de no. ope. nūc. Et ꝑtinet ad ea tm̄ que sunt solo ꝓiuncta: vt in. l. i. pręalle. Fit autez tripliciter. ℙrimo solo verbo dicēdo. Nuncio nouum opus: ꝛ hoc in loco edificij ipso ꝺño noui opis. Secundo per iactum lapidis vel lapilli. Tertio p iudicis ꝓhibitionē. ℙrimo modo nūciās perdit possessionē. ꝛ facit aduersariū possessoꝛem. verbi gratia voluisti domū edificare in funduz meū: ꝛ nunciaui tibi quod non faceres. dicendo nouum opus nuncio idest ꝓhibeo. nunciās vero secundo ꝛ tertio modo retinet possessionez ꝑm ber. in. c. ex parte de verbo. signifi.

¶ Nouum opus nūciare est ꝓhibere ne edificiū fiat: vt quādo nuncio tibi ne edifices in fundo meo vel per iactuz lapilli pręsentibus testibus. Hec nunciatio habet talem effectum q̄ si edifices ibi spreta nūciatione mea absq; hoc caueas de opere demoliendo seu destruēdo. Si te apparuerit iuste edificare quicq̄ postea edificaueris siue iuste siue iniuste totuz debebit destrui. vt. l. i. pręalle. §. opus nouum. ꝛ. §. nunciamus. Et si aliq̄d in publico fiat. omnes ciues opus nouū nunciare possunt. Naz rei

publice interest q̃plurimos ad defendẽdũ causam suam admittere.l.iij.in fi.ff.de no. ope.nũc.Et dr̃ in.§.opus p̃al.q̃ b̃ edictuz nõ ꝯplectitur oĩa opa.vt.s̃.de interdictis.

¶ Noxa dr̃ qd̃ nocet vel nocuit. vt seruus ꝛ ceruus aut aliud animal nocens.vt.ff.de noxa.ac.in Rubrica.

¶ Noxia dicitur ip̃m delictũ maleficiũ vel damnũ datũ:vñ noxia delictũ delinquens noxa vocatur.vt insti.de nox.ac.in glo.

De Nu

¶ Nullatenus.vide ĩ cle.vni.de sequestra. in glo.per ordinarium.

¶ Nullitatis sententie sunt multi modi.vt no.Joh.and.de re iudi.c.i.vbi remittit ad Spe.de sen.ꝓla.§.iusta ꝛ sentẽtia nulla nõ meretur habere nomen sentẽtie de re iudi. c.fi.li.vi.ff.co.ti.l.iiij.§.cõdemnatũ.Et est glo.finalis in cle.vni.de sequestra prealle.

¶ Numerata pecunia duobus mõis dicitur.Uno mõ respectu creditoris qui ꝓprie dicitur numerare pecunias debitori vt sibi reddatur.Alio mõ respectu debitoris qui ꝓprie dicitur soluere creditori ꝛ improprie dicitur numerare cum soluit qd̃ debet. Datur autem exceptio nõ numerate pecunie a creditore principali debitori vel fideiussori.Sz numeratio pecunie large ponit̃ hic ꝓ omni re quã quis numerauit vel soluit

¶ Nũmisma s̃m quosdam est idem qd̃ moneta currens ꝛ specialis.vel ẽ idem qd̃ nũmus.Sed olim nũmisma ꝛ aureus ꝛ solidus auri idem erant.vt.C.de vete.l.i.li.xi. et.C.de spor.l.ij.Et in euãgelio mathei et dicit ph̃s li.v.ethi.q̃ nũmisma factum est nõ ex natura rei sed ex lege.

¶ Nummularius est nũmoruz numerator vel malleator.Quoniam et ipse accipit pecuniã et erogat sicut campsor.: ꝛ inde facit scripturam ad quaz frequenter recurritur in dubio:vt per eam data ꝛ accepta ꝓbentur hinc etiam argẽtarius dicitur vt supra de littera.A.

¶ Nũmus idest denarius de quo dicit philosophus.v.ethico.q̃ est mensura omniuz reruz:quia est fideiussor nobis in omni necessitate ꝓ qualibet re qua indigemus.

¶ Nuncius est qui vicem gerit epistole et que sine mandato litteris mittitur qui ẽ velud pica ꝛ organum ꝛ vox domini mittentis ipsum ꝛ large quilibet nuncius potest dici ꝓcurator sed non econuerso.

¶ Nuncupatio est quam in cereis tabulis recitat testator dicens q̃ hoc vult in his cereis tabulis que scripte sunt ita dico ita lego ita q̃ vos ciues michi testimonium perhibeatis.

¶ Nuncupare est palam nominare vel vocare ꝛ confirmare s̃m Isido.li.v.Require infra testamentũ nuncupatiuũ.

¶ Nunq̃ quandoq̃ idem est quod raro.i. q.i.nunq̃.

¶ Nundine sunt generale forum ad quod vndiq̃ homines confluunt ꝛ concurrunt. C.de nundi.l.vna.l.clam.§.qui ad nundinas.ff.de acquire.pos. Aliqnãdo etiã nundine dicuntur epule.l.cum societas .ff.pro socio.

¶ Nuptie sunt matrimoniũ:vel viri ꝛ mulieris coniunctio indiuiduam vite consuetudinẽ retinens diuini ꝛ humani iuris communicatio.xxx.q.v.nullaz. Et dicuntur nuptie ex eo quia nubentium capita in solenni benedictione velabãtur:ꝛ quasi nube cooperiebantur ea.q.nostrates.ꝛ.c.femine. Et illud indiuiduã vite consuetudinẽ tantum valet sicut cõsortiũ omnis vite.ꝛ hoc quãtum ad propositu quia hanc intentionem habere debent vt perpetuo simul manere debeant:q̃uis post ꝯtrariũ matrimonij ante carnalem copulam possit alter altero inuito religionem intrare.Et quando nuptie sunt prohibite celebrari:habetur in c.capellanus.de ferijs:ꝛ in his versibus. Aspiciens veterez circum quasi quis benedicta.Non licet hic:licet hic:hic non licet. licet hic:hic non.

¶ Nuptie secunde dicuntur omnes que sequuntur primas.licet sint tertie:quarte vel quinte ꝛc.vt quando aliquis nubit alicui post p̃mas nuptias.C.co.ti.l.si q̃s.§.tale.

¶ Nurus est vxor filij.ꝛ eius appellatiõe

BIU Cujas

pronurus ⁊ deinceps componitur. ff. de ꝟ. signi. l. nurus. l. ij. §. nurum. ff. qui satisda. cog. ⁊ etiaꝫ sponsa. ff. de gradi. cog. l. labeo l. seruus contrarium videtur. insti. de nup. §. ⁊ si qua.

¶ Nunc no. arch. lxiij. dis. ego. ⁊ glo. xxxiij. q. v. si audieris. Et similiter vni. de offi. de lega. c. prudentiam. §. sexta.

De Ob

Obligatio est iuris vinculum: quo necessitate astrigimur alicuius soluende rei ꝟm nostre ciuitatis iura: insti. de obliga. in prin. Et est duplex scilicet ciuilis ⁊ pretoria. Ciuilis que aut legibus cōstituta: aut certo iure ciuili comprobata est. Sed pretoria est quam pretor ex sua iurisdictione constituit. Que etiam oneraria vocatur.

¶ Obtemperare est obsequi vel obedire: vel iussu iudicis cōparere. ff. si quis ius dicit. nō obtempe. in rubri. ⁊ nigro.

¶ Obaudire est quasi de mente deducere ꝟm Jo. an. de elec. li. vi. c. fundamenta.

¶ Obscuritas est illa q̄ fit in dictione. Sꝫ ambiguitas que fit in oratione. vt no. glo. iij. in. l. veteribus. ff. de pa. verbi gratia Uēdidisti michi fundum: vt dictum est accedere stichum. non apparet de quo sticho: ergo non sit condemnatio in actione contractus nisi ostendatur de quo sticho vēditor intellexerit. l. si in emptore in prin. ff. de contrahen. empti. ⁊ ven. quia ratio dictat actorem probare ⁊ quia emptor agit ⁊ probat de sticho. sed non de quo. stat reo declaranti obscuritatez. Ceteris enim paribus reo fauenduꝫ est potius q̄ ⁊c. vt in regulis cuꝫ sint de reg. iur. li. v. Item ibi. Uendidisti tibi domum locatā per me cuidam: et dixi ꝙ pensionem primi anni haberem: ⁊ sequentium annoꝝ tu haberes: ⁊ dixi ius pignorum vtrunqꝫ secuturuꝫ. Dicit tex. ꝙ ius pignorum primo pertinet ad me pro pensione primi anni. ⁊ si q̄d supest tūc ꝑtinet ad te ⁊ sic fit interp̄tatio pro ꝓferente. l. insula. ff. de pig. qꝛ in p̄ncipali ego michi ꝓuidi p̄us retinēdo pēsionē p̄orē ex quo eligit ⁊ declaratur obscuritas que ē in accessione ⁊ significat ꝙ ꝓ illa pensione volui etiā prius ius pignoris retinere. Item ibi. Si quis stipulatur. x. kalendis, intelligitur de prioribus l. eum qui. kla. ff. de ꝟbo. obl. Ratio qꝛ qua ratione intelligerentur de secundis. eadeꝫ ratione de tertijs ⁊c. ⁊ sic stipulatio redderetur inutilis. Item ibi actor petit stichum in iudicio sed dixit se intellexisse de nigro. ⁊ actor de albo. statur dicto actori. l. inter stipulantē. §. i. ff. de verbo. obli. quia ibi actor ostēdit de quo intellexerit. ⁊ qui sibi debetur. ideo pro eo dꝫ ferri sententia. nec debet reus audiri quia de alio ītellexit. quia nō est oneris impediēdi ꝓcessum iudicij et iusticie. nec interest rei ꝙ statur dicto actoris. cū ꝓbat sibi deberi ⁊ sic de alijs.

¶ Obrepere est q̄si latent̄ subītrare. lxi. di. nullus inuitus. de cele. mis. cū creatura et c. ne in agro. in p̄n. de statu monacho.

¶ Obrepticium rescriptum: ⁊ obreptio. require infra rescriptū.

De Oc

¶ Occasio differt a causa: vt in. c. solite. de maio et obe.

¶ Ociū philosophicuꝫ est studiū qꝛ ph̄us ociatur qn̄ studet. Sꝫ ociū vulgare qn̄ vacatur ab ope seruili. Et nota ꝙ ociū est triplex. s. destitoriū qd̄ est ribaldorum q̄ apud athenas suspēdebant̄. Et de h̄ dr̄ ꝙ occiositas ⁊ voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras aīas capiēdas de renū. nisi cū pridem. §. verū sꝫ ꝓpter. Ergo dicit Hiero. ad rusticū monachū in. c. nunq̄. de cōse. di. v. Semper aliquis operis facito: vt te dyabolus inueniat occupatū. Scdꝫ est restitutoriū quādo quis cessauit a labore: ⁊ iterū accedit ad opus. Tertium retributoriū: qd̄ datur emeritis ⁊ senibus.

¶ Oculus est quadruplex. vt nota archidiaco. xxxij. q. v. nec solo.

¶ Occupare capit̄ qn̄qꝫ ī mala. ⁊ qn̄qꝫ in bona significatiōe. Et proprie mobilia occupantur ⁊ īmobilia inuaduntur. vt ī glo. super hoc verbo in. c. generali de elec. libro sexto vbi concor.

BIU Cujas

¶ Occultum oīno vt premissuz est dr̄ quia nulla ratione ꝓbari potest. ⁊ tale vocatur secretū vel latens. vide. j. probatio.

¶ Occultum pene est quod per paucos ꝓbari potest ⁊ quod pauci sciunt. vide supra notorium in generibus probationum.

De Of

¶ Officium dr̄ multis modis. Primo ministerium. Secundo obsequiū. Tertio actꝰ ꝑsone corrigētis. xxi. q. i. monachꝰ. Quarto plebania de sta. mo. quod dei. itez aliqñ sumitur pro dignitate vel ꝑsonatu de p̄bē. ad hec. de cle. nō resi. quia. de cōces. p̄ben. c. ij. §. i. Aliquādo ꝓ litigio. xxi. q. i. de p̄sentium in fi. vbi litigātes dicūtur officiū exercere. Itē is cui cōmissa ē dispensatio habz officium. Item qui habet potestatē secularem ⁊ tabellionatū. Itē dicitur p̄positura. Sz ꝓprie ē aliud a dignitate ⁊ a ꝑsonatu. Et dicitur simplex officiū quādo quis habet administrationē aliquaruz rerum sine aliqua prerogatiua in choro vel capitulo vltra alios sui ordinis ratione huius officij. Et sic habet onus annexuz sine honore vel prerogatiua honoris: vt sindici: procuratores: gastaldi. i. q. iij. salinator. ꝟ. in nomine. Item vice dñs qui habet episcopatū disponere: dicitur habere officiū. xc. dis. §. officiū. i. q. i. si quis episcopus. i. respōso Hec et plura vide per Archi. de consue. c. i. in glo. Et hoc erat contra iura: vbi tractat de dignitate personali ⁊ officio. vt hic dictum est. Item officiū ꝟm Car. est potestas existens in iudice exercendi oīa ea que pertinent ad eius iurisdictionē. Et capit̄ hic iurisdicto generaliter vt includat oīa pertinētia ad merum ⁊ mixtū imperiū. Et loquitur de officio iudicis cuius iurisdictio officio iudicis mr̄ est sicut obligatio actionis. Nec est vera opi. Pe. de bella parti: ꝙ officiū iudicis sit exercitiū vel executio iudicis: quia magis stat in habitu q̄ in actu Nec ꝟm opi. Marti. appellari dz actio cuz differunt surrogatū ⁊ cui surrogatur insti. de actio in p̄n. in glo. iiij. Item officiū proprie dicitur ꝙ homo debet homini ex natura: vt in. c. cum in officijs. de testa.

¶ Officiū iudicis ꝟm gof. ē potestas iudicis a iure sumpta. Et habet locū tā in his que ante iudiciū fiunt q̄ in his que in iudicio occurrūt facienda. Et imploratur loco principalis actionis cū alia ordinaria actio deficit. vt in. c. fi. de offi. iudi.

¶ Officiū iudicis ē duplex. s. nobile ⁊ mercenariū. Nobile ideo appellatur: qz a se ipso interponitur: nec iure actionis siue obligatiōis vt puta si mīor petit se restitui in integrū hoc nō petit iure obligationis: quia iudex non fuit obligatus: nec iure actionis sed iudicis officiū misericorditer imploret ⁊c. Mercenarium iudicis officiū est seu sic appellatur. quia deseruit actioni intentate puta peto a te. xx. actione mutui iudicis officium deseruit michi hac actione. quia cōdemnat te: vt restituas michi. xx.

¶ Officiosa dicūtur que cōtinēt pietatez q̄ nulli obsunt ⁊ alicui prosunt. Sicut a contrario testamētū dicitur inofficiosuz quod est contra officium pietatis. distin. xi. si ad scripturas in glo. i.

¶ Officiales iudices. Re. vt. s̄. assessor.

¶ Officina est quasi tuguriuz vel tegmen quādo vz palee. i. stramina ponūtur super arbores vt pastores subtus existentes: ab hymbribus protegantur.

De Ol

¶ Oloberus est vestis totaliter deaurata. ⁊ dicitur ab olon. i. totū. Et differt a vestibus deauratis quia illa fiūt in auro optimo. quod in vulgare dicitur fuluum: in legibus obrisiatum. illa de quolz auro. licet hec de auro toto similiter in totū est: ⁊ alia vestis que habet aurū tm̄ in ꝑangadis. vt. C. de vesti. olobe. ⁊ aurea li. x. in Rubrica. secundum Accur.

¶ Olfacere ē nasum ad culum ponere: ita exponit glo. in ver. olfacit. in. l. agazo. ff. si quadru. pau. fe. di. Ubi agazo duxit equū ad tabernam: qui mule olfecit que calcitrauit ⁊ agazoni crus fregit. Et dicitur ꝙ ibi dñs male tenetur de pauperie. alias gñaliter olfacere ē odorem odorare. ⁊ olfactus

BIU Cujas

odoratus. Et ab oratorib⁹ ponit̄ ꝓ scire vt dicēdo. Tāta sunt ī me tua bñficia: vt quo his pacto corrñdeā neutiq3 olfacere pñt.

De Om

¶ Omnino tāgit Archi. de p̄ben. ca. si bñficia. li. vi. et plenius ī. c. l3 canon. de elec. et glo. in cle. i. de vi. ⁊ ho. cle. et etiā glo. in c. et si xp̄s. de iureiurando.

¶ Oīa cōprehendit singula. Nā si ep̄s dicat. Do tibi talē villā et oīa iura que hēo: ibi singula iura cōprehēduntur. S3 nō intelligit dare decias ⁊ aliqua iura que sunt mere spūalia. q2 dictio oīa l3 se extēdat ad singula. nō tñ ad ea que sunt penitus nature alterius ⁊ iuris q̄ ius ad ea que principaliter transferūtur. Sed qñ dat̄ aliq̄d qd̄ h3 tp̄alia ⁊ spūalia iura cū oīb⁹ ꝑtinētijs suis. vt prebēda habēs possessiones et decimas. tūc oīa trāsferūtur simul scd̄m hosti. i. c. lr̄as de iure patro.

¶ Omologare est idē qd̄ cōfirmare vel ratificare. Et sic dr̄ q̄ arbitriū sit omologatū. Alij dicūt omologiare idē qd̄ ꝯsecrare.

De Op

¶ Opera est diurnū officiū. s. q̄ quis exhibet alicui ꝑ diē artificialē et nō naturalez. sicut dr̄ Geñ. i. c. Vespere ⁊ mane dies vn⁹ Aliquādo ponitur ꝓ breui temporis obsequio vel est idē quod obsequium. Dr̄ ergo Opere officiū tēpore limitatum. vt. l. i. ff. de opere liberto. Limitatio autē stat in disponētiū voluntate. quia per contrahentes potest limitari maiori vel minori tēpe: puta q̄ dies capiatur ad ītegrā: vl̄ ad mediam noctē: vel ad vesperam tm̄. quia disponant contrahētes et erit lex. Itez in testatore: et qñ aliud non apparet de die artificiali intelligitur: q2 ad hūc cōiter fit relatio. Sed improprie operatio accipitur pro reuerentia: vel obsequio. vt no. in. §. libertus. l. non sortē. ff. eo. ti tu. ⁊ sic d̄ alijs.

¶ Opinio. scd̄z Spe. est dubia particularis arbitratio: que a doctoribus alicuius scientie auctoritatem habet. Hec tamē nō est preponenda veritati. Sed scd̄m Geñ. est probabilis arbitratio doctorū non nisi ob instructionem studentiuz in scriptis redigenda Et dicit q̄ habēs pro se opi. doc. in aliquo casu licet succumbat: tñ auctoritate illius opinionis releuatur et excusat̄ a condemnatōe expensarū. Ratio q2 iure doctor habet auctoritatem interpretandi pro suo videre.

¶ Opinio cōmunis est aliud q̄ fama. Nā opinio cōis facit ius. C. de re. iud. l. i. Fama vero non facit ius. Item opinio cōmunis probat. fama vero non. Item opinio cōmunis differt a notorio. q2 opinio communis est de longe preteritis que probari non possunt de facili. s. per testimonium visus ⁊c. sed notorium est de presentibus: vel ꝓxime preteritis: que de facili probari pñt per testes diuisim. Et q̄ opinio veritati p̄feratur est glo. cū concor. pro. et contra abundās in iuribus in. c. nuper. d̄ biga. super ver. tanq̄. Concludit tamen ibi quod casuali vt opinioni poti⁹ stetur quā veritati in fauorē contrahentiū testamentatorum: sniaꝝ: vel prolis. Alias regulariter veritas prefertur opinioni scd̄m berñ. in glo. iij. in. c. ad audientiā de spon. Etiaz veritas prefertur auctoritati. l. nēo iudex. C. de sen. ⁊ interlo. om. iud. Itē consuetudini. c. si consuetudinem: cuz sex capitulis sequentibus. dis. viij. vbi dicitur. Veritas valet ⁊ īualescit in eternuz: et viuit ⁊ obtinet in secula seculorum.

¶ Optimates sunt quasi meliores ⁊ ditiores de ꝓpl̄o ab opibus dicti.

¶ Oportet aliquando dicit necessitatem iij. q. ix. nō oz. Aliqñ honestatez. Itē oportebit significat tam pñs q̄ futuruz de ver. sig. v̄bū. ⁊ no. glo. xxv. q. i. ⁊ glosa. iij. c. i. de prescrip. li. vi. super ver. oportet.

¶ Opus nouum. Require supra. Nouum opus: et opus laudat magistrum. C. de vete. iur. enu. l. ij. §. contra autem. sic in auct. de mona. §. sancimus coll̄. i.

De Or

¶ Orbus dicitur qui sine liberis ē vl̄ sine matrimonio: vt. s̄. celebs.

¶ Oraculum id est rñsum q2 predicando

BIU Cujas

impetratur.ca.per tuas.de maio.⁊ obe.

¶ Ora sine aspiratione significat finē vel extremitatē rer̄.p̄cipue regionū vel vestium.i.Regū.xxiiij.Dauid orā p̄scidit clamidis saulis.ij.q.vij.de his.Gen̄.xlij.ad hebre.xi.scd̄m Jo.an.in clemē.ij.de vi.et hone.cle.

¶ Orphanotroph⁹ ē orphanor̄ et pupillor̄ tutor.⁊ adolescētiū curator:q̄ eos facultatib⁹ ⁊ parentibus q̄si destitutos suscipit alendos.

¶ Orphanotrophū.est loc⁹ in quo talib⁹ alimēta administrātur.xxiij.q.viij.tributū §.q̄uis.⁊ spe.i.ti.de his q̄ alie.no.in iudi. interue. vbi ponit q̄d sit p̄curator cōiūcta persona. defensor:excusator:sindicus:iconom⁹:actor:vicedominus vicecomes:gastaldus:tutor.curator ⁊c. Et de orphanotropho remittit ad.l.orphanotrophos.C. de epis.et cle.

¶ Ort⁹ olerarius. ē ort⁹ i quo ol⁹ crescit.

¶ Ordinarius est qui iure suo vel principis beneficio vniuersalit̄ iurisdictōnē exercere pōt vbilibet. Itē ē is cui vniuersitas causarum cōmissa est.vñ s̄z spe.officiales ep̄or̄ ordinarij vocant̄. Itē s̄m Goffre.ordinarius iudex ē,qui a collegio eligitur.et a superiore confirmat̄:vt elect⁹ in rectorē: qui p̄ cōfirmationē sortitur iurisdictionez sicut et ep̄s in oībus preter ea q̄ maiorem discussionē exigūt. Itez scd̄z spe.ordinari⁹ est legat⁹ in prouincia super decretuz. Et sunt duplices. Quidaz h̄nt administrationem:vt ep̄i h̄ntes episcopatus quos actu regūt et isti habent restituere in integrum. Alij sunt ordiarij nō habētes administrationez:sed tantū facultatem iudicandi: vt scd̄m iura ciuilia que honorē tm̄ et dignitatem habēt rōne cuius iudicare possunt si qui in eos cōsenserit.l.i.ff. de iud. s̄m iura canōica sunt ep̄i renūciātes loco ep̄ali non dignitati retinentes honorem sine administratione d̄ renū.nisi cū pridem. de ordi.ab epi.qui re.epis.c.i. Item ep̄s cui⁹ episcopatus oīno destruct⁹ esset qui esset ep̄s nullius tamen episcopatus s̄m Goffre. in sum.de in integr.rest.

¶ Origenarius. Require supra Colon⁹ Nam origenarius colonus et ascripticius idem sunt in re.s.eiusdē conditiōis homo. sed rōne differūt. Nā ascriptici⁹ dicitur q̄z sic ascriptus est terris colēdis q̄ non pōt a cultura recedere sine voluntate domini sui. Sed colonus quia tenetur colere terrā ⁊ origenarius. q̄z ex origine sua adheret glebe vt supra.

¶ Ordinarij locor̄ sunt nō tm̄ ep̄i,sed etiā quicūq̄z inferiores qui habent institutionem et destitutionē.c.cū ecclesiarū. d̄ offi. or.et.c.iij.§.in cōferendis eo.ti.li.vi.

¶ Ordinaria onera sunt illa que ex cōstitutōe vel cōsuetudine prestantur:vt quod quilibet talis fundus vl̄ domus quolibet anno tantū debeat prestare dño suo vl̄ p̄ncipi. Sed extraordinaria onera sunt q̄ extra cursum et morē ex inopinato euentu vl̄ casu seu necessitate emergenti inducūtur: et si dñs velit maritare filiam suā vel guerre immineāt. et ideo a suis subditis exigatur aliquid.

¶ Oriūdus de ciuitate vel loco ⁊c.dr̄ is q̄ vel ibi vel in vico ciuitatis illius ortus ē. ff.ad mūicip.l.qui ex vico. Vel si pater ei⁹ īde duxit originem. C. eo.ti.assumptio.§. filius.et.C.de mūicip.⁊ ori.l.i.et.l.filios. li.x.Et no.iu.c.vsurar̄ de vsu.in versi.alienigenas.li.vi.

De Pa

Pactum vel pactio dicitur a verbo paciscor.et sic describitur. Est consensus duorum vel pluriū in idem placitum.s.ad dandū vel faciendū aliquid alteri ab altero eor̄.ff.de pac.l.i.§.i.Et dr̄ q̄si de pace factū vel pacis actū ⁊ ponitur ibi in diē placitum. Nam nō fit in eodem vero vel falso: q̄z si d̄uo vel plures consentiant in hoc vero titius est hō:vel in hoc falso titius est asinus non erit pactum: quia non esset obligatorium.talis.em̄.cōsensus neutrum obligat alteri. Itē s̄m quosdam pactū est contractus:quia paciscendo diuer-

BIU Cujas

sas in diem cõtrahimus volũtates. Et capitur quãq; late pro eo quod nõ transit i cõtractũ noiatum vt venditio ꝛc. Et sic oẽ pactũ potest dici contractus innoiatus vt trãsactio do vt des ꝛc. Quãq; stricte p simplici pacto gratis facto: vt promitto tibi x. ꝛc. Et a transactione et pollicitatiõe differt. qz pollicitatio solus offerẽtis. Et assignatur dña inter pactũ et transactionẽz: quia pactum est de re certa et nõ litigiosa et gratuita. Transactio vero de re incerta et litigiosa ꝛ ñ gratuita. Et quid sit pactũ habes etiã de verbo sig. c. pactũ. vbi dicit pactũ est iter ptes ex pace cõueniẽs scriptura legib⁹ ac moꝛib⁹ approbata. Naz sepe ad probationẽ pacti iterponitur ꝑm glo. ibidem.

¶ Pactoꝛũ diuersa sunt genera. Nam pactuz conuẽtum dz qd̃ sub certis verbis et forma factũ expressum. vt redactum ẽ. verbi gra. Nam claruz est pactuz in verbis. qz si verba sunt obligatoꝛia pactũ est obligatoꝛium: si sunt liberatoꝛia est liberatoꝛiuz: si exceptionis inductiua tunc est exceptionis inductiuuz. vt si creditoꝛ tradit instrumentũ debitoꝛi ex hoc significatur pactuz liberatoꝛium factũ a creditoꝛe debitoꝛi. vt l. labeo. ff. ꝺ pac. Ratio. quia vt redditio instrumenti aliquid operetur. s. volũtatẽ creditoꝛis liberare volentis debitoꝛem. Sed ibi creditoꝛ pignus reddit debitoꝛi non significatur liberatio. vt. l. sequenti. ff. eo. ti. quia hec redditio põt aliquid operari scz conferre vtilitatez debitoꝛi i vsu pignoris. Secus in casu precedẽti i quo nõ operatur nisi vt dictũ ẽ. ex quo patet quod redditio pignoꝛis non significat remissionem eoꝝ. Item si instrumentũ debiti reperitur penes debitoꝛez ex hoc significatur redditio creditoꝛis nisi cõtrariũ probetur. l. si cyrographuz. ff. de pign. qz instrumentũ presumitur peruenisse ad debitoꝛem per redditionem et voluntatẽ creditoꝛis: et hoc si debitoꝛ est extraneus. Si vero familiaris in domo creditoꝛis cõuersans tunc secus quia presumitur q̃ faciliter potuit haberi iscio creditoꝛe. l. vnica. §. illc. C. de lati. li. tol. Item si aliqua bona conductoꝛis sunt per cum inuecta illata vel reducta ꝛc. Ex hoc concluditur pactũ quo pignus constituitur locatoꝛi. vt. l. certi iuris. C. de lo. et conduc. et hoc ex cõi modo agẽdi quo inuecta atq; illata sunt locatoꝛi tacite obligata: quia contrahentes videntur se referre ad communem modũ seu moꝛem. Etiã hoc verum simpliciter non solum i predio vrbano sed in rustico sed tunc demuz sunt obligata: cum domin⁹ scit inuecta et illata esse bona conductoꝛis.

¶ Pactũ tacitum dicitur quod in verita te non est expresse factum sed ex aliqua lege speciali ac si fieret statutum ex casu habere iubetur: verbi gratia. Cõduxi domuz a scio tres meas intuli i hoc casu res mee illate pro mercede domus debentur scio iure hoc statuente vl iubente lege pignoꝛi ita esse obligate ac si specialiter et expresse inter nos concoꝛdatum esset et conuentum dato tamen q̃ non conueniemus ꝛ super hoc diximus. Unde sic. Pactum tacitum dicitur quod non est factuz expresse vt cum cõduxi domum non pangendo de precio dando iam scẽz leges adhuc venit precium danduz acti pacisc̃edo ita fuisset expressum.

¶ Pactum adiectionis in diem tale est. vt vendo tibi domum: et si potero habere maius precium ad vsq; mensem ego repetam ipsam domum.

¶ Pactum legis commissoꝛie est. vt vendo tibi domum et si non solueris infra mẽsem volo q̃ sit inempta: vt. C. de pact. inter empto. et vendito. Item ibi. Creditoꝛ pacisc̃itur cum debitoꝛe q̃ a debitoꝛe non petat. tali casu intelligitur quod etiam non petat ab herede. quia pactum quo quis sibi prouideat solet extendi ad heredem. quia per hoc videtur etiaz heredi suo prouidere et per hoc contractus conditionalis transit ad heredem. insti. de verbo. obligatio. §. ex conditionali. Si vero creditoꝛ dicat debitoꝛi pacisc̃endo non petã.

BIU Cujas

a te. significat personam tantū fieri videli cet ꝙ a te tantū non petā. sed non min⁹ ab herede petere possum. et hoc faciunt ꝟba a te: que sic restringunt. vt. l. qui i furtis. ff. de pac. Sz si per pactū vnus obligat se al ter: facere domū transit ad heredes. l. oēs C. de contrahen. et cōmit. stipul.

¶ Pactū personale est quod nō gn̄aliter fit: sed tantū pro vna persona vel duabus. Et dr̄ ꝓ tāto ꝑsonale: qꝛ fit persone soli sic ꝙ tali et non alteri ꝓdesse possit. vt si paci scor pecuniā a te michi debitā nō petiturū a te sed a tuo herede: tūc illud pactū tantū personam tuā tuetur: et non heredem tuū.

¶ Pactū reale vel in rem est generale: et nō cōtinet spāliter vnam duas vel plures ꝑsonas sed generalit̄ cōplectitur oēs ad quas illa res pertinet vel pertiere pōt. vt cū debitū meū oīno remitto tā tibi ꝙ here dibus tuis: ita vt oēs liberemini. tu et he redes ⁊ fideiussores et nullus michi reser uetur regressus ad pecuniam vel ad rem petēdā. Itē pactoꝝ aliud nudū aliud vesti tū. Et q̄ plenē vellet hoc examinare trahe ret magnā caudā et cōtrouersiā inter doc. hic tamen cum paucis sufficiat.

¶ Pactū ergo nudū dici pōt ꝙ ab oībus iuris solēnitatibus destitutū est. i. tā solē nitate verboꝝ que solet concedi et attendi in stipulationibus ꝙ̄ etiā ꝑ cōceptionē lit teraꝝ. s. qn̄ cirographū non interuenit: nec aliud instrumētū super hoc confectū: quo nudū pactū cōfirmaretur. et dr̄ nudū a cā que sufficere pōt ad perfectam obligatio nem: vt do vt facias: facio vt des ⁊c. cuius modi cōuentōes dicuntur cōtract⁹ inoīa ti. Itē dr̄ nudū a foro negocij. vt qn̄ nego ciū nō incidit ī certū nomē cōtractus. vt ī noīe emptiōis: vēditōis: locatōnis ⁊ simi liū. Item nudū dicitur a rei interuentu. vt tali nō intercedat res que posset suo inter uentu ꝑfectā reddere cāz obligatōis sicut in mutui datione. Itē dr̄ nudum a cōtinen tia. qm̄ si in cōtinēti post contractū adijcia tur pactū ex p̄cedenti obligatōe vires con trahit vt videatur inesse contractui et cāz vestiture. vt pactū qn̄ semel factū ē: et post traditionē intercedit res sic vestitur inter uentu rei. Item pluribus alijs modis dr̄ scd̄m diuersas opi. doc.

¶ Pactū vestitū dr̄ sex modis: scd̄z ꝙ sex modis vestitur. scz re: verbis: litteris. con sensu: cōtractus coherentia: et rei iteruen tu. vt ꝑm Goffre. isti. de verbo. ob. Et dicit Goffre. ꝙ pactū in rē ē qn̄ generaliter pa ciscor ne petā. et in persona ne a ꝑsona pe tam. ff. eo. ti. l. idem. §. pactū ⁊ n̄ minus ex verbis ꝙ̄ ex mēte cōtrahentiū ē estimādū an pactū in rē vel in personam fit. Plerū qꝫ em̄ in persona pactū inseritur non vt ꝑ sonale sit pactū. sed vt demonstretur cum quo sit pactū. ff. eo. ti. l. i. §. pactorum.

¶ Pactoruz aliud vtile aliud īutile. scz rō ne ꝑsonaꝝ: vt furiosi: qui nec tacite nec ex presse cōsentire pn̄t q̄re mr̄imoniuz cōtra here nō pn̄t: nec ad religionē se obligare: et hoc de cōtinuo. secus si hz lucida inter ualla: vt. vij. q. i. q̄uis. Quō eni reus cōsti tuitur qui nesci t q̄d facit. xv. q. i. aliquan tos: Itē pupillus q̄ nōdū ē doli capax vbi vult obligari: secus si vellet alium obliga re quod pōt. Itē in ꝓdigo. Itē monachi ⁊ regulares ꝓfessi ⁊ conuersi nisi ꝓ cōtēpla tione monasterij paciscātur: cui per tales acquiritur. Itē viri et vxores qui sibi do nare nō possunt sed vendere. Item ratiōe potestatis. Itē in legatis dū legatōe fun guntur. Item inter patrē et filiū: nisi in ca strensi peculio vel quasi. Item si res in pa ctū deducta nō sit in rerum natura nisi mo ra precesserit. Itē si homo res sacra vel re ligiosa deducatur in pactū. Itē cessat pa ctū in collatiōe rerum spūaliū. i. q. i. q̄pio et ī rebus prohibitis. etiā si iuramētū fue rit appositū vt in aīe detrimentū vergenti bus. Itē pactū turpe: aut rei turpis: aut ī possibilis de iure vel de facto nullam ob ligationē inducit. c. vlt. eo. ti. ꝑm Goffre. in sum. Dr̄ aūt pactū a pactōe. ff. eo. ti. l. i. pa ctio vero a pace et actu. nā q̄ paciscūtur ex diuersis et ꝯrijs moribus aīoꝝ. post mul ta variaqꝫ certamīa in vnā cōsonantemqꝫ

BIU Cujas

sententiam conuenire dicunt. C. de rescin. ven. l. si voluntatem. ff. eo. ti. l. i. §. conuentions. Et hoc pactus generale est ad oia que contrahuntur vel aguntur inter partes causa cõtrahende vel tollende obligationis. sed nomen cõuentiõis generalissimum est. nam et scholares in scholis: clerici in capitulo: populus in foro conuenire dicuntur. vt in. §. prealllega. cõuentõis. Vel dicitur pactũ a pcutiõe palmarũ. Ve teres enim cũ se obligabant palmas pcutiebant: in signũ imuiolande fidei. vnde dr pactũ quasi palme ictus. Item pacto priuatoꝝ iure publico minime derogatur. et qñ quis posset renũciare iuri publico. vide in. c. si diligenti de fo. compe. et est glo. no. i auc. vt sine prohi. matres. collat. vij. que exponit hunc articulus satis clare.

¶ Pactũ p donatõez. Reqre. j. trãsactio.

¶ Pagani dicũtur in iure qñq; incredduli seu heretici. Itẽ qñq; dicuntur priuati homines vt villani: et oẽs qui neq; milites neq; magistri sunt: a pagos grece quod ẽ villa latine: vt instituta. de mili. testa. §. illis autem temporibus in fi. vbi glo.

¶ Pagamicũ aduentitium est peculiũ qõ ex prospera fortũa aduenit veluti ex testamento cognatoꝝ vel etiam agnatoꝝ.

¶ Palliũ est insigne ornamẽtũ archiepi vel episcopi si ex primlegio sibi concedat sumptũ de corpore beati petri in signũ plenitudis põtificalis officij vt de elec. significasti. et de auctoritate vsu pallij prealle. c. ij. vnde añ pallij receptionem eccla dicit viduata: vt. c. dist. quomam. in papa vero designat plenitudinem potestatis.

¶ Palatini aliter dicuntur vicarij: quia quodammodo gerunt vicẽ principis scoꝝ Accur. i Rubrica. C. d palla. sacra. l argi. li. xij.

¶ Palatin⁹ comes dr qui curam gerebat precipuam: vt missis notarijs suis negligentiam iudicus argueret. C. de offi. recto. l. nullam. Require supra comes.

¶ Palla dicitur vestis qua altare cooperitur vz lineus pann⁹ consecratus qui sup altare ponitur super quem extenditur corporale. Sumitur etiaꝝ quandoq; pro cortina vel panno serico. vnde. Letitie causa cibus est non serica palla.

¶ Papa idem est quod admirabilis. Et dicitur a pape interiectione admirantis: quia vices dei gerit in terris. Et vicarius illius est cuius est terra et plenitudo eius c. tua. ij. de deci. t. ix. q. iij. cuncta per mundum. homo est vicarius christi. clc. roma nt de iureiu. c. p hmuani. de hom. li. vi. c. ij. et. iij. de translato. Et qñq; dr vicarius petri. vt. l xiij. dist. ego lodo. tunc est impropria locutio. vel exponitur. i. gerit vicariã quã gessit petrus. Naz vicari⁹ nõ dat vicariũ de offi. vic. clericos. Unde poeta anglicus goffredus i poetria noua incipit. Papa stupor mundi si dicero papa nocenti. Accephalũ nomẽ tribuaz tibi: si caput addam hostis erit: et in fine subdit. Nec de⁹ est nec hõ: sed neuter es intervtrunqz. Vel dr papa qsi pater patruz fm Jo. and. sup ver. papa. in prohemio cle. Et illud qõ fit auctoritate pape dr fieri auctoritate dei. t hoc estveꝝ si fiet iusta de cã de trãsla. inter corporalia. Naz papa nõ subiacet legib⁹. C. d legi. l. dignavor. et. ff. eo. ti. l. princeps. et dat auctoritatez canonib⁹ qui ab eo vigorez sumũt: et nõ ecõuerso. c. significasti i de elec. in. glo. i. c. si aliqñ de sen. ex. et cius pñtia supplet oẽm solẽnitatẽ. C. de testi. l. omni. Etiã papa solus ẽ ydoneus testis. c. cum a vobis. de testi. ßz an locũ habeat i his que papa viderit anteq; venit ad papat⁹ apicis pmotionẽ. dicit Lodo. de roma per Eugenũ quartum qsitum fuisse a qttuor auditoribus quoꝝ ipse vnus erat: et subdit q; certe multi multũ musitauerũt finaliter reperit ipse duas glo. Jo. an. singulares tenẽtes q; sic. de quo multũ gaudisus accessit ad dñz apostolicuz sibi dicẽs. vna est i. c. i. de renũ. li. vi. alia in. c. ad apostolice. de re. iud. eo. li. et ita fuit iudicatũ. Itẽ ponitur pape in nũero pl̃i. c. si a roma noꝝ. §. decretales. i fine. xix. dist. vbi dr qs btissimi pape diuersis tpibus ab vrbe ro-

BIU Cujas

mana dederunt. Item papa ꝓprie non hꝫ
dñium reꝫ eccliaꝫ hꝫ hoc dicit glo. in. c. cū
venissent. de iudicī. et Hosti. dicit q papa
mutat dū vuit quadrata rotundis ⁊ in oi
bus ptātē hꝫ ꝑterq; i fide violāda. Dicunt
ergo doc. dictā glo. dānando q papa solū
est admīstrator et dispensator reꝫ eccle-
sie neq; pōt alienare sine cā rōnabili igit
non dñs. immo scōm Archi. xij. q. ij. nō hꝫ.
Papa peccat mortaliter si alienat res ec-
clesie: quod est valde notādum scōm dñm
Pau. Quid ergo de inferioribus plat a-
lienātibus ⁊c. Ita papa scōz cōem opinio
nē hꝫ vtranq; iurisdictōem. s. tpalē ⁊ spua
lē quantū ad habitū: nō tñ ꝺz quātū ad ac-
tū vel exercitiū mittere falcez i messez im-
peratoris in gladio tpali. c. duo sunt et. c.
si iperator. xcvi. dis. c. hꝫ ex suscepto. ⁊. c. ex
transmissa. de fo. cōpe. Nam exercitiū iuris
dictionis sclaris devolūtate cōmisit impe
ratori. c. solite. de maio. ⁊ obe. pz primū q
vtrūq; gladium hūit xps uxta illud. Ecce
duo gladij: sed xps suā ptātē dedit pape
petro suo vicario: vt. xxij. d. c. i. quam suis
successoribus admisit. xl. dis. c. i. Scōm pz:
qua dicit: converte gladiū in vaginā. non
dixit proijce. quasi diceret tene gladiū tpa
lem in bitu: nō tñ eo vtere in exercitio. q̄re
papa vti non debet gladio tpali nisi i defe
ctum vel principis negligentiā secularis:
et tūc habitū deducit ad actū. vide bonam
glo. iuersi. discernit. in. c. qñ. dis. x. ⁊ glo. ij.
c. nouit de iudi. Et rō quare papa non de-
bet hīc gladiū tpalē in exercitio vel i actu:
qua sacramētum altaris repñtat vnionez
xpi ad ecclesiam et aie ad corpus. sed muni
ster xpi et ecclesie q̄lis est papa qui se scri
bit seruum seruoꝝ dī. c. relatū. de sen. excō.
et in prin. decre. talis non ꝺz hīc gladium
quo aia diuidit a corpore. Sunt ergo duo
principia in ecclesia. et. c. solite. prealle. p
solem et lunā designata. Nam imperator
potestatē habet a deo approbatie sed nō
immediate: qua per medium ordinatus a
deo videlicet ꝑ papā a quo hꝫ ptātem col
latue. Dunc est q impio vacāte iurisdictō
terrarum imperij cōpetit pape. c. hꝫ. ex sus-
cepto. de fo. compe. sed nō ecōtra. vꝫ q va
cante papatu iperator succedat in spūali-
bus. c. qualiter. de iudi. ꝑm Zodo. de ro. q
etiam q̄rit quid i legato sedis aplice an et
dem etiam cōpetat talis iurisdictio vacan
te iperio. ⁊ videtur q sic. qz de gremio pa-
pe. c. sub militibus. ij. q. vi. et eius vice fun
guntur. Dicit idez q cōtrariū est verus ꝑm
Spe. in ti. de lega. §. nūc oñdēdūversi. xix.
Ratio qz nemo ꝺz ponere manū auctorita
te generalis commissionis i his q̄ spāli p-
rogatiua pape ꝓpetūt. c. quod transla-
nē de offi. dele. sed ꝺ est pape spāliter con-
cessum in signū ꝑeminentie singularis. er-
go ⁊c. Dec Zodo. in singularibus suis. Et
vbi papa nō habet tpalem iurisdictionez:
ibi non pōt tollere legē quo ad forum ciui
lē: nisi in his in quibus vertitur periculuꝫ
fame: vbi tollere pōt legem quo ad vtrūq;
forū. c. nouit. de iudi. c. vlti. de ꝑscrip. et. c.
fi. de fo. cōpe. li. vi. Sūt enim ptātes distin
cte. di. x. qñ. vbi de hoc: et di. xcvi. cū ad ve
raz. et. c. cāz. ij. qui fi. sint legi. Et tenet Jo.
an. in regula possessor. de reg. iur. li. vi. Zo
alij dicant q indistincte quo ad vtrūq; fo-
rum papa possit legez tollere. x. di. cōstitu
tiōes. et. c. cū esses. de testa. Et q̄uis pa-
pa sit dñs mundi: et imperator dñs mūdi di
catur. ff. ad. l. rodi. de iac. in. l. de precatio.
et. vij. q. i. in apibus. et in cle. pastoralis ꝺ
re. iudi. ꝑm Jo. an. Differenter tñ sunt dñi
mundi qz imperator sicut luna sub sole ita
sub apostolico dño est. quia ē filius eccle-
sie et inclinant caput suuz epi scopis a q̄-
bus excōicari potest. vt dis. xcvi. c. si impe
rator catholicus est. et. c. certum. dis. x. in
glo. iij.

¶ Pandecta. Require. s. digestum.

¶ Parabolam sunt medici q ad curāduz
egra mēbra vel corpora debilīū deputant
dicti parabolam. a pabola: qz plura ꝑmit
tūt hoib⁹ q̄ faciūt: et qua sepius parabo
lis vtūtur. vt. C. de epis. et cle. l. parabola-
ni. vbi ter. Parabolani qui ad debilīū ⁊c.
et ibi sexcētos precipimus constitui.

BIU Cujas

¶ Parafernalia bona: vl res paraferna les dicũtur res q̃s mulieres uxta dotẽ in ferũt in domũ viri. a para id ẽ iuxta: et ferna quod est dos vel donatio. inde paferna le dr quicquid mulier hz vltra dotẽ vendecũq;. Et si est consuetudo potest talia retinere, p se. nec maritus dz se de his ītromittere muliere inuita secũdũ Hostien. de do. ppter nupt. Et mulier ppter fornicationẽ non solũ pdit dotem sed etiaz dotalicium. i. pafernalia. vt est glo. singularis in verbo dotalitiũ. i. c. plerũ de dona. int vir. t vxo.

¶ Parentes sunt illi qui nobis cognatione sunt iuncti per cuiuscũq; etiã lineam sexus hoc fiat. Scõm etiam; interpretationem iuris dicuntur omnes ascendentes siue descendentes in supmum siue infimum per paternam siue maternaz cognationẽ. Sed scõz Azo, ppe dicũtur parentes vsq; ad tritauum. Et vltra dicũtur maiores: Et idem est de liberis in descendendo.

¶ Pares curie dicuntur vasalli qui hñt cõsimilia feuda a dño. illius feudi de quo agitur, put no. in. c. ceterũ. de iudi.

¶ Pancratiũ ẽ colluctatio cũ fustibus vl loc? lignis circũdatus in quo certo ordie stant pugnantes: vt in pugilibus videm? glo. est i. l. qua actiõe. §. si quis in collucta tione. ff. ad. l. aql. Requre. s. colluctatio.

¶ Paranumphus. vel pha. dr parans vl pcurans sponsalia. Req. ifra Prosencta.

¶ Paraferede indeclinabile dr a para. i. iuxta: et ferede equo ducẽte redaz. a vehis. erc. et reda. scõm Hug. et bubulci et aurige dom paraferede dicũtur ẽm Accur. C. de cursu pub. l. i. l. rij.

¶ Parafidicus cõponitur a para vel parũ: et fid? id est fidelis. et ideos custos. q̃si parum fidelis ad custodiendũ et iob seruãdum que obseruare debet: vt colligitur. C. eo. ti. et. libro.

¶ Paripus dr a parũ et pus puris. qđ ẽ custodia quasi parũ custodiẽs mandata: vt in. l. paripuz. C. eo. ti. et li. pralle.

¶ Participiuz significat put tẽpus eius vl aliud mediũ significare declarat. verbi gra ibi. Lego stichũ seruum meũ fugitiuũ: hoc participiũ fugitiuũ significat conditionẽ. qz sensus est seruũ q̃s me? est si erit fugitiuus. l. itaq;. ff. si cer. pe. et. l. stichuz. ff. dele. a. Sed ibi Lego stichũ seruum meuz pñtẽ vel receptũ ex testamento titij vel factũ artificẽ. et sic de alijs nõ facit conditionẽ: quia hec pticipia sunt pñtis et pteriti temporis: nõ nõ põt cõprehẽdi significatiõ cõditõis. Itẽ ibi. Lego heredi vt acceptis centũ a titio restituat hereditatẽ significat conditionẽ. l. attestatos. ff. de condi. et demon. qz participiũ acceptis ablatiuus casus etiam significat futuz lz sit preteriti tpis: qz sensus est si acceperit centũ in futurũ tc. Itẽ ibi vendo tibi certa vina tc. hoc pacto q̃ erunt degustãda infra certuz diem. hoc participiũ degustanda nõ significat cõditionẽ: qz vẽditio est pura: et si staret per emptorez q̃ nõ degustaret: tũc die tali preterita periculũ esset suũ. l. si quis vina. in prin. ff. de peri. et cõmo. rei vẽdi. Rõ scõm Bar. lz hoc pticipiũ sit futuri tẽporis: nõ tñ fuit adiectuz dispositioni sed exactioni. Etiam habent limitationem certi tpis. Alij nituntur dicere q̃ ibi significet cõditio resolutoria. s. sic degustãdo reprobentur vel approbentur vina.

¶ Participatio cũ excõmunicato duplex est: q̃dam inducit maiorẽ excõicationẽ. s. q̃ fit in crimiẽ. de sen. excõ. si pcubine. t. c. nuper. alia inducit minorem. s. que fit in locutione osculo solutatione mensa thoro et simulibus. xi. q. iij. ipso iure cũ excõicato: t q̃ cõicauerint: et a quibus repellentur he excõicationes habes. iij. q. iiij. en geldrudaz et de excep. c. a nobis. et de clc. exco. mini. c. si celebrat. Sũt autẽ quedã pone excepte que sine hac pena excõicato participãt. scz vroz: filius. seruꝰ: colonus tc. xi. q. iij. quomã multos. de sen. excõ. qđ in dubijs. et. c. inter alia scõm Specu. t Barbaz. mittẽdo nunciũ vel litteram excõicato incurrit minorẽ: qz q̃si loqui videt. ff. đ cõsti. pecu. l. lz. et est glo. in. c. statuimus. t. c. cõstitutiones. de sen. excõ. li. vi.

BIU Cujas

¶ Pater est ille quem nuptie designāt. i. presumūt esse vt dicit Azo. in sum. C. de in ius vocan.

¶ Paterfamilias dicitur is qui ē sui iuris ⁊ ptātis ꝓprie cuiuscūqꝫ sit etatis. sꝫ filiusfamilias ecōuerso. Require loco suo.

¶ Patres etiā dicti sunt quos plebs sibi creauit vt ipsi plebem excederent

¶ Patres cōscripti dicebantur quorum nomīa in tabulis aureis scribebantur.

¶ Patria potestas scd̄m Azo. in sum. C. eo. ti. est ius quoddā qd̄ habēt hi qui sunt de imperio romano in liberos naturales et legitimos: quod ius alij non habent: vt insti. de pa. po. per totum.

¶ Patricij dicūtur ideo: qꝛ pretorie potestati presunt ꝑm Isi. li. ix. c. iij. Etiam patricius est is quē iperator sibi elegit ī pr̄em: vt insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. §. filiusfamilias et. C. de cōsor. eiusdē li. l. fi. Itē ī alia significatōe dicti sunt patricij quidam nobiles de ciuitate. et oliꝫ dicebantur patres principū scꝫ ad cōsilia prestanda.

¶ Patricida est qui patreꝫ occidit: alias in iure ciuili ponitur parricida. C. de his qui pa. vel libe. occi. l. vnica.

¶ Patricidiū alias ꝓarricidium est homicidium nephandum quod committitur in parentes: in liberos: ī proximos: collaterales: et affines. Re. s̄. ad. l. pōpeiam.

¶ Parrochia est locus in quo degit populus alicui⁹ ecclesie deputat⁹ ꝑm Goffre. in sum. eo. ti. Et parrochiarum diuisio incepit a dyonisio. xiij. q. i. c. i. cōsistit autem ius parrochiale in hoc scd̄ꝫ Goffre. ī sum. eo. ti. ꝙ oēs parrochiani in diebus dn̄icis et festiuis missaꝫ audiant in eccl̄ijs ī quarum parrochijs habitāt: vt. c. i. eo. ti. de cōse. dis. i. si quis. etiaꝫ consistit in decimis ꝑsonalibus que ecclesie parrochiali debentur. xvi. q. i. si quis laicus. et in oblationibus que dande sunt sacerdoti parrochiali qui pro populo orare debet. x. q. i. quia sacerdotes.

¶ Patrinus vel patrīa dr̄ filius vel filia spūalis compatrum vel cōmatrum mr̄is vel pr̄is quem vel quā quis de fonte baptismatis leuauit: vel ad sacramentum confirmationis tenuit.

¶ Patruus dr̄ frat̄ patris q̄si pat̄ alius.

¶ Patruus magnus est frater aui.

¶ Patrueles dicti sunt quorum patres inter se germani vel fratres fuerunt.

¶ Patrueles sorores sunt duorū fratruꝫ filie. sed vtrū appellatione patrui contineat̄ patru⁹ magn⁹ videt̄ ꝙ nō: vt ī. §. patru⁹ magn⁹ in. l. iuriscōsultus. ff. de gradi. sed ī oppositū ꝙ sic aliqui defendere nituntur: quia differentia addita generi cōtrahit ipsum ad spēm sub illo genere: vt aīal rōnale species est aīalis: sic et patru⁹ magnus species patrui eē ꝓbat̄: simile. ff. de adop. l. i. vbi adoptio filij qui sui iuris ē species est adoptionis.

¶ Patruus est frater ꝓaui ⁊ abpatruus est frater abaui.

¶ Patruus ꝑm canōes dr̄ ille qui hꝫ ius pn̄tandi aliquē ad bn̄ficiū eccl̄iasticum: sꝫ ꝑm leges est qui manumisit seruū suū spōte a dn̄o: qui seru⁹ dr̄ libertus ei⁹ a quo sic manumissus est. Etiaꝫ patronus qn̄qꝫ dr̄ aduocatus vel ecōuerso aduocat⁹ patronus causarū: qꝛ patrociniuꝫ p̄stat vel patrocinat̄. et in pr̄io significato tria faciunt patronum. vnde. Patronuꝫ faciunt dos: edificatio: fund⁹. Re. s̄. ius patronatus.

¶ Passuꝫ. i. īdifferēter de ap. cū sit romana. et. c. pastoralis. de offi. dele. ī. glo. iij. in c. īptractandum de iura. calum.

¶ Pauperies est dānū sine iniuria faciētis ipsum dānuꝫ vt ab aīali quod sensu caret factuꝫ: vt si equus tu⁹ segetē meaꝫ pauit: vel aliter dānum michi reddit. Nō enī potest dici iniuriaꝫ fecisse cū sensu careat. insti. si qua. pau. fe. di. §. pauperies. vbi dicit glo. ꝙ est mirabilis expositio et legalis. Differunt autem damnum: maleficiū: et pauperies. nam damnum fit cum animo iniuriandi: vel ab habente animum iniuriandi: licet non vtatur. Alia patēt locis suis. De pauperie actione. Require supra actio.

BIU Cujas

¶ Pauliana actio. Require ibidem.

¶ Pax ꝑm Goffre. ē discordie finis. vt. c. i. de treu. ⁊ pa. in glo. i. Item pax est vinculum caritatis. vt in. c. nouit. §. sed forsan. d̄ iudi. ⁊ sunt sex cause ꝓpter quas nō est pax inter homines. Prima quia non puniuntur maleficia. Secunda abundantia tēporalium. Tertia quia non pugnamus cōtra demones. Quarta quia nō consideramus damna litis vbi diuitias corpus et animā perdimus. Quinta dubius euentus belli qui nō consideratur. Sexta quia nō seruamus precepta dei nec soluimus decimas. ⁊ sic quod non capit christus tollit fiscus. xvij. q. vij. maiores. Hec est glo. no. de re iudi. li. sexto ad apostolice.

De. Me

¶ Peculium est pusilla substantia vl' pecunia separata a rebus et ratiociniis patris vel domini data vel promissa filio vel seruo. ff. de pe. l. depositi. §. peculiū. Et est multiplex. scilicet castrense: vel quasi castrēse: ꝓfectitium: aduentitium: paganicū non paganicum. C. de bo. que libe. l. cum oportet. l. cum multa. l. cum nō. Item peculium dicit' res parafernalis. ff. d̄ iur. do. l. si ego §. dot. Item peculium ponitur pro hereditate: vel patrimonio. C. de epis. ⁊ cle. l. si q̄s presbyter. ff. ad trebel. l. cogi.

¶ Peculium castrēse est quod miles acquirit dum militat in castris. ⁊ illud est filij pleno iure tam quo ad ꝓprietatē q̄ quo ad vsufructū.

¶ Peculium palatinorum dicitur etiam castrense. scilicet militum palatij qui principem sequuntur scd̄m Accur. C. eo. titu. li. xij. in rubrica.

¶ Peculium quasi castrense. dicitur illud quod aduocatus acquirit prestando clientulis suis patrocinium in causis: vel quod magister grāmaticus logicus vel rethoricus: in scolis suo lucratur exercitio. in. l. fi. C. de inoffi. testa.

¶ Peculium aduentitiū est quod filio aduenit ab auo paterno vel materno: vel ab altero vt ex prospera fortuna: ⁊ ex testamēto agnatoꝝ vel cognatorū: ⁊ qd̄ filio aduenit ipsi' est quo ad ꝓprietatez: patris vero quo ad vsufructū. Et d̄r alio noīe paganicū aduētitiū. Item aduētitiū si ab imꝑatore vel augusto datuz fuerit cōꝑat' castrensi peculio. in. l. cū multa. C. de bo. que liber.

¶ Peculiū ꝓfectitiū d̄r illud qd̄ de rebus paternis vel dn̄icis ꝓficiscit' ⁊ filio vel seruo datur vt in eo negociet'. ⁊ illud est p̄ris quo ad ꝓprietatē: sed filij vel serui quo ad vsufructū. ⁊ ēt alias d̄r paganicū ꝓfectitiū

¶ Peculiū clericorū est p̄rimoniū clericorū. naz peculiū patrimoniū appellat'. ff. ad trebel. l. cogi. in p̄n. vñ illud qd̄ a clerico velud ꝓpriū possidet' ei' peculiuz d̄r scd̄o mō tm̄ ⁊ vsualit' peculiū dici solet filiorum ⁊ seruorum patrimoniuz quod eis a dn̄o vel patre datur. vt. ff. eo. ti. per totum.

¶ Peculiū clericoꝝ profectitium est q̄ de bonis ecclesie ꝓcedit. vel quod ecclesie cōtemplatione acquiritur.

¶ Peculiū aduētitiū eorūdē est quod acquiritur ex opa eoꝝ vel alias ꝓuenit ex intuitu persone. ⁊ hoc no. Goffre. in sum. eo. titu. ⁊ dicitur peculium a pecunia.

¶ Pecunia appellat' totū qd̄ hoīes hn̄t: ⁊ d̄r a pecorib' qꝛ quicq̄d antiqui habebant totū in pecorib' ꝯsistebat: vt. i. q. iij. totuz ⁊ sic sumit' cōiter. Qn̄qz tm̄ capitur proprie ⁊ stricte solū ꝓ numerata pecunia. vt. xiiij. q. iij. c. putāt quidā. ⁊ ibi glo. Alias appellatione pecunie oēs res ꝯtinent'. C. de cōsti. pecu. l. ij. etiā ꝓculus ait. nois pecunie appellatiōe rē significari. ff. de v̄bo. sig. l. etiā v̄bi gr̄ a. Heres faci' hereditate adita vendit eā ⁊ emptori ꝑ stipulationē ꝓmittit quāta pecunia ex hereditate ad ip̄m ꝑuenit ⁊c. appellatōne pecunie oīs res significat'. qꝛ sensus ē. oēs res q̄ ex hereditate ad me ꝑuenit. ⁊ capitur significatū ex dispositione p̄cedenti. s. vēditione hereditat' que om̄es res significat Itē ibi late significat dicēdo heres mi volo restituere titio pecuniā meā i. hereditatē meā. vñ ꝑinde ē ac si dicat hereditatē bona vel res meas: vt. l. nāqz. §. fi. ff. ad trebel. sz ibi significat strictissime duz

BIU Cujas

filiofamilias ꝓhibet̃ mutuari pecunia: qꝛ significat pecuniã numeratã. l. i. ff. ad sena. consul. mace. iuncta. l. sed ⁊ si. § pecunie. eo. ti. Rõ vtriusq; : qꝛ in priori casu subiectus fuit ex fauore ergo ampliandus. sed hic casus subiectus est ex odio ergo restringendus: vt in regula odia. de re. iur. li. vi.

¶ Pedanei iudices. Require supra iudices pedanei.

¶ Pedagia dicũtur que dant̃ a transeuntibus in locũ cõstitutũ a ꝑncipe. ⁊ capiens pedagiũ dꝫ dare saluũ conductũ: ⁊ territorium eius tenere securũ: adeo ꝙ si aliquis derobet̃. i. spolietur: ⁊ est vulgare gallicoꝝ tenetur ei dñs terre rapinam resarcire ſm Bal. in vsi. feu. de pa. iura. fir. in. §. conuẽticulas. facit. l. ne quid. ff. de incen. rui. na u fra. ⁊ no. Archi. xxxiij. q. v. si quis peregrinorum. sed guidagia. Require supra.

¶ Pecoris nomine cõtinentur boues.

¶ Pecorum ad aquam appulsus est ius adducendi vel appellandi pecus ad aquã fontis alieni iure seruitutis.

¶ Pediculi dicuntur quedã argentea sustentacula quibus vasa vel res quelibꝫ velud pedibus sustẽtatur: ita ponitur in. l. pediculis argẽteis. ff. de au. et argen. le.

¶ Pedetentim vide in glo. i. in cle.

¶ Pedagog⁹ ẽ ille q̃ ab initio instruit pueros: et dr̃ a pedos. i. puer ⁊ gogus ducere quasi ductor siue gubernator pueroꝝ. insti qui ex cau. manu. nõ pos. §. eadẽ. l. elyascẽtia. vbi glo. põt̃ em̃ minor. xx. annis maior tñ. xvij. manumittere pedagogũ suũ. vt ibi dicitur.

¶ Pedamẽta dicũtur sustentamẽta pedũ vinearum: et dicuntur gallici paxilli.

¶ Pena ⁊ supplicium differunt. vt no. Archy. xi. q. iij. nemo per totum.

¶ Pene. i. quasi. ⁊ no. iij. q. vij. c. qui sine.

¶ Penes notat plene Jo. cal. in cõmento decre. postulatis. de cõces. prebẽ. Et differentia ĩter penes ⁊ apd̃. vide ꝑ Jo. linconiens. in. l. si q̃s in tantã. C. vñ. vi. vbi dicit ꝙ illd̃ est penes aliquẽ cui⁹ possessionẽ hꝫ: sꝫ illud ẽ apud aliquẽ: cui⁹ solã detentionẽ hꝫ vt depositarius ⁊ cõmodatarius: ⁊ dicit ꝙ in dicta. l. apud sumitur improprie: vt in l. penes. ff. de verbo. signi.

¶ Peius notat Pau. in cõmento. c. in litteris. de restitu. spo.

¶ Penit⁹ no. Jo. an. c. i. de sup. neg. prela.

¶ Pena ẽ delictoꝝ debita cohertio vel satisfactio: q̃ lege vl̃ a ministris legis ĩponit̃.

¶ Penam committi est penam debere.

¶ Penitentia ſm Am. est ꝑterita peccata plãgere: ⁊ plãgenda iterũ nõ cõmittere: vel sic ſm Augu. Est quedam dolens vĩdicta puniens in se quod cõmisisse dolet: de quo plura vide in tractatu de pe. dis. iiij. ⁊. iij.

¶ Penula est q̃daꝫ vestis qua nõ vtebantur nisi ciues romani: q̃ fuit data pr̃i paulo: qꝛ societatẽ ꝯxerat cũ romanis. ⁊ etiaꝫ beat⁹ paulus aduersus iniustos romanuꝫ ciuẽ se appellauit. c. si in adiutorium. dis. x.

¶ Pensio est idẽ qd̃ census vel tributum.

¶ Pensiones publice ſm Azo. in sum. C. si ꝓpter pub. pen. ven. dicũtur annue actiones tributoꝝ vel vestiũ auri vel argenti: q̃ a certis ꝑsonis ꝑstabant̃ fisco sꝫ pensiões publice dicũtur q̃ ad viarũ vel pontiũ refectionũ ꝑstandã sunt a possidentibus vt sic fiat omnium datorum quedam collatio: ⁊ sic pensitatio est quasi pensionis solutio.

¶ Pentatheucũ est volumẽ cõtinẽs quinq; libros moysi: a penta. i. quinq; ⁊ theucũ mandatũ q̃si ⁊c. vt in. c. i. de deci.

¶ Perangaria est seruit⁹ ꝑsonaꝝ ⁊ rerum ⁊ dr̃ q̃si ꝑfecta ⁊ magna angaria. Est autẽ angaria seruit⁹ ꝑsonaꝝ ⁊ nõ rerũ. Itez ꝑangarie dicũtur exactiões ⁊ ꝑstationes patrimonioꝝ. s. onera quedã que ꝑdio incũbunt vel imponũtur ⁊ erãt forte exactiões equorũ vel vecturaꝝ ad portãdũ annonã militib⁹. vt colligit̃. C. de cursu. pu. an. ĩ rub. li. xij

¶ Perãgada ẽ vestis de auro vulgari ꝙ a gaudis vestimẽtoꝝ vel clamidũ poni solet vel vestis q̃ hꝫ auꝝ tñ in suꝑficie. Re. s̃. olober⁹. ⁊. C. de vesti. clo. ⁊ de aura. li. xi.

¶ Peregrinãtes large dicuntur illi qui a loco sui domicilij ꝓficiscũtur. C. de incol. l. ciues. ꝓpric autem dicuntur romipete apo

BIU Cujas

stolorum ꝛ aliorum sanctoꝝ limina ꝛ ora/
toria visitantes.xxuij.q.iij.si quis rompe
tas.ꝛ.c.paternarū.ꝛ.c.illi qui. Etiaꝫ dicū
tur illi qui accedunt ad presentiam domi
ni pape:ꝛ codeꝫ titulo.c.vnico.ꝛ.ij.q.vi.ar
guta.

¶ Peregrini dicūtur omnes qui non sunt
de episcopatu ordinādi siue sint clerici siue
laici ſm Gof.in sum.de cle. peregri.qꝫ ta
les recipi nō debent ab epō alieno ad ordi
nes vel dignitates aut eccleſiastica sacra/
menta vt.lxxi.di.per totum.ꝛ in ti.de cleri.
peregri. Unde clericus peregrinus est qui
in alia prouincia ordinatur.

¶ Peremptorium dicitur a perimēdo eō
qꝫ oīno perimat:vt terminus peremptori
us vl tra quē nō dantur vlteriores dilatio
nes. Similiter exceptio peremptoria dici
tur que perimit actionem Etiam dicitur ci
tatio peremptoria:quia omnes alie citatio
nes debent fieri anteꝙ aliquis tanꝙ con
tumax puniatur. iudex tamen perempto
riam citationem vel peremptorium dictū ex
tante causa statī mittere potest. Et idē ope
rabitur quod alie tres citationes; possunt
operari.

¶ Peremptorium soluitur.id est possibili
tas ferendi sententiam.

¶ Per notat Archi.xuj.q.ij.c.ebrō.ꝛ pau
lus de liaza.plene ī cle.i.de sum.trī.ꝛ fi.ca.
ꝛ Jo.an.de elec.dudū in fi.ff.de ꝟbo.sig.l.
vrbana.§.pnoctare:vbi dictio per notat p
fectionem:vt habetur in.l.si tu.ff.dele.i.

¶ Pergula ē tugurū vl obūbratio frōdo
sa ꝛ ponitur in glo.§.contrahentes.c.i. de
fo compe.li.vi.

¶ Perequator est q̄ boies ꝛ territoria pe
quat.i.valde equat:vel qui predium propter defectum equa pensione vt prius assi
gnat nouo possessori.vt.C.de fun.patrimo.
l.fundi.li.xi.

¶ Perduelliones. Require supra crimē
lese maiestatis.

¶ Peripsima est purgamentū :vel cortex
pomi vel piri.vñ Tolle peripsimā ede pnl/
pam spernens atullam.

¶ Permitti dicitur aliquid trib⁹ modis:
Primo qō nullo iure ꝓhibetur. Secūdo
quod contra humanas cōstitutiones idul
getur. Tertio illicitum vt magis illicitū vi
tetur:vt est glo.cum exemplis in .c.omnes
distin.iij.

¶ Permutatio ſm Gof.est vnius rei pro
alia vicaria prestatio:vel vicaria prestatio
ne mutatio Et cōtrahitur sicut plerisqꝫ pla
cet quando inter aliquos cōuenitur:vt cer
ta species pro certa detur. C.co.ti. quoniā
asseris. Si em̄ cōuenirctur vt certa species
daretur p incerta vel econuerso nō esset p
mutatio sed cōtractus innoiatus.sꝫ dovt
des ꝛc.ꝛ pmutatio cōtractus ideo fuit in
uētus quia sepe poterat aliqs habere ali
quid inutile sibi vel parū cōmodi quod al
teri multū valere poterat:ꝛ econuerso. Et
prius ignorabatur q̄liter res vni⁹ alterius
fieri poterat:ad quod inuentus est ille con
tractus permutationis.

¶ Perpetuum quandoqꝫ idem est quod
generale:de electi. c.massana.ꝛ.c.vt circa
eo.titu.li.vi.vt dicendo edicto perpetuo.i.
generali prohibemus.

¶ Perplexitas est cōstringens ꝛ incuita
bilis necessitas peccādi que prouenit ex er
ronea volūtate.vt.c.i.ī fū.dist.xuj.vbi glo.
bona. Etiam de differentia inter mortalia
ꝛ venialia:ponitur ibidem exemplū de iu
deis crucifigentibus christum.ꝛ si quis re
spondet querenti inimicū si sit in loco. Jtē
si vir denegat vel reddat vxori debitiꝫ pe
tenti. Et declarat ibi q̄ nullus potest eē p
plexus inter duo mala.ꝛ sic pplexio est so
lum ad stultam opinionē alicuius. de hoc
vide i.c.nerui testiculorum .xuj.distin.vsqꝫ
ad finem distinctionis.

¶ Perpensius idest pfecte pensatus ꝛ de
liberatus.de pact.c.vlti.circa medū.li.vi.
Et sic dicitur in ꝓhemio cle.iuris . sanctio
ppensa digesta consilio.

¶ Persone quedā dicūtur ꝓuate ipropē
vt ille q̄ sunt exēpte a iure cōi vt dis.xij.pri
uilegio.vbi dī q̄ ꝓuilegia sūt leges ꝓuatoꝝ

BIU Cujas

Quedam vero dñr ꝓprie priuate: vt ille q̄ non habēt dignitatem. iiij. q. v. q̄ cōtra. vñ clerici non dñr p̄uate persone: cum habeant dignitatē. i. ordinem ecclesiasticū: vt in c. p̄uilegio p̄al. ⁊ dis. iiij. quicq; ſm Jo. Itez ſm Alanū quedam ſunt ꝑſone publice que ſunt ī officio publico: vt tabellio iudex baliuus. Alie p̄uate q̄ nō ſunt ī officio publico.

¶ Periuriū ꝓprie dr̄ qñ aliq̄s iurat cōtra canonica ſtatuta vel temerarie. Et dicunt multiplicit. Prīo. i. falſa iuratio q̄ ſi ignorantur adhibita omni diligentia facta fuerit ſic nullum peccatum eſt. xxij. q. ij. hoīes Secundo dr̄ transgreſſio liciti iuramēti: et ſic eſt morale. vi. q. i. quicūq;. Illicitū autez ſciēter iurans peccat. ſed non ꝯtraueniens Tertio dicitur in diſcretū iuramentuz. ⁊ eſt veniale. xxvi. diſtin. §. criminis in fi. Quarto dicitur mendacium iuramēto firmatum ⁊ eſt ſemper mortale. xxij. q. ij. quod ait. ⁊ ē crimē adeo magnuz ꝙ clericus ꝑiurus ab officio ⁊ beneficio ſuſpendi dz. c. ꝑuenit. de fideiuſ. c. inter dilectos. de exceſ. prela. ⁊. c. querelam de iureiuran.

¶ Perſonalitas ſignificatur ꝑ has dictiones: tu michi: ego tibi: cuz alio ſignificato qđ ꝓbabilit cōcludit ⁊ ſi nullomō ꝯcludat tūc ē ipſonalitas. qr actū viciat: ꝓut rō dictat. ꝟbi gratia. Ago ꝙ cōſtituas te michi ſolutoꝝ debitū a titio. reſpōdens impſonaliter dicēdo. ſatiſfiet tibi ab illo: vel ſimpliciter ſatiſfaciet. hec impſonalitas ſignificat te nō ꝯſtituere michi: ⁊ ꝙ nulla ſit obligatio. l. aut ſi qñ. C. de cōſti. pecu. Rō qr h̄ ꝟba nō ſignificāt aliū obligari: nam alius aliuz obligare nō poteſt: nec veriſimile eſt quē iactare ſuū. l. cū de indebito. ff. de probat. facit. l. arrian⁹. ff. de ac. ⁊ obli. vbi non fit facilis īterp̄tatio ꝓ obligatione. ⁊. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de ꝟbo. ob. nā cōiter quis ſibi acquirere cupit. ideo veriſimiliter ſtipulans vult acquirere ſibi: quare lz q̄s dicendo ꝓmittis decē. nō exp̄mat ꝟbū michi vel tibi. ⁊ alter rñdet nō dicēdo tibi tñ ꝟba michi ⁊ tibi ſupplentur ⁊ ſufficienter intelligūtur ꝓpter cāz dictā: vt in. l. ſtipl̄o prealle. Item ſi q̄s ſtipulatur decem dare ſibi alter rñdet dari: ſed nō dicit a me valet ſtipulatio. l. fi. §. fi. ff. ſi certū peta ⁊. l. illa ſtipl̄o. ff. de ꝟbo. obli. ⁊ ē ſenſus ꝙ dabitur per ipſum ꝑmittentem vel per alium quia hoc ſignificat illud verbum imperſonale paſſiuum dari. Ex quo ſequitur ꝙ nō eſt obligatus ad dare ſed tenetur ad factū per quod detur: ſecus in illo qui promittit dare quia tenetur rem accipiētis facere: qr hoc verbuz importat ꝙ ipſe dabit. Et ſi diceres heres qui iuſſit facere ꝙ titius centum habeat tenetur per ſe dare. l. ſi heres. ff. de leg. i. ita in propoſito ꝙ promittēs dari debeat per ſe dare. Reſpondetur ꝙ hoc verbum habeat ſoluit hoc contrariū quod ſignificat iure dominij. ſed ex promiſſione nō tranſfertur dominium ergo ⁊c. Item teſtator legauit titio ſeruos quos ipſe teſtator manumittere non poterat vt manumitterentur manumitti non poſſunt. hec impſonalitas ſignificat ꝙ legatarius ſeruos non habebit: ſed remanebunt penes heredem vt. l. ſi quis. ff. de lega. iij. Secus ſi diceret vt manumitteret: quia tunc remanerent penes legatarium in. l. ſi quis eū quez ff. de condi. § demon. Ratio quia ex ſignificato verbi perſonalis imponitur onus legatario ⁊ ſi non tenet onus emolumentuz penes eum tamen remanebit: ⁊ ſic de alijs

¶ Pertinere ad nos dicūtur que ſpectāt aliquo titulo nō cauſa pignoris ⁊ que noſtra non ſunt ſed eſſe poſſunt. l. verbū ꝑtinere. ff. de verbo. ſignificatione.

¶ Pertinatia in malo ꝑſeuerantia in virtute dicitur. Nā ꝑtiuar dicitur valde tenēs vel imprudenter dur⁹ irreuocabilis indocibilis ⁊ obſtinat⁹ ſz Jo. an. in cle. i. de ſū. tri.

¶ Petitio hereditatis omnibus illis cōpetit qui iura veteri vl̄ nouo heredes ſunt vel fiunt contra poſſeſſores vel pro herede qui poſſident nec poſſunt dicere quare poſſident veteri iure veluti. xij. tabularum vel ex teſtō nouo iure velut ex ſenatuſcōſulto q̄ ꝟo cū ti. poſſidēt hereditatē nō tenēt petitōe hereditat] niſi ī trib⁹ caſib⁹: vt ſi vēditor

BIU Cujas

nō apparet vel modico distraxit vel de pre
cio nō est factus locupletior q̄bus causis
vtilis petitio hereditatis liberis competit
cōtra testamētū ꝑentū ⁊ parētibus ꝯtra te
stamētum liberoꝝ ⁊ fratri cōtra testm̄ fra
tris: qui turpē ꝑsonā instituit heredez. hec
autē de inofficioso vtilis ē: qꝛ cōpetit a tpe
adite hereditatis vsq̄ ad q̄nquēnium ex he
redato nō domino contra scriptum here
dem aditione iam factū dominum.

¶ Petitio hereditatis fideicōmissaria cō
petit ei cui fideicōmissaria hereditatis re
stituitur ex senatusconsul. trebelliano.

¶ Petitio hereditatis possessoria que di
citur bonorum possessio. j. annū vtilis da
tur emancipatis vel suis heredibus. j. cen
tum dies ceteris vsq̄ ad. xxx. annos ꝑdu
rat. insti. de bo. pos. in. §. liberis.

De Ph

¶ Philantrophū: idem est qd salarium.

¶ Philateria dicunt̄ carte in quibus con
tinentur incantationes. xxvi. q. v

¶ Pphitones sunt incantatores vel diui
natores dicti a phitone q̄ fuit auctor diui
nandi.

¶ Phisis idem intelligit̄ in verbo omni
modā: vt in cle. i. de fo. compe. sed an possi
dens ecclesiaz pleno iure possit eius bona
cōuertere in vsum ꝓpriū. ⁊ dr̄ q̄ nō in glo.
v̄bi ad mensam. in cle. i. de exces. prelato.

De Pi

¶ Pignus est res mobilis vel se mouēs
apud creditorē a debitore tradita ⁊ colla
ta ad prestādum securitatē de soluendo de
bito vel adimplendo ꝓmisso. Vel sic. pign⁹
ē res obligata pro debito ad securitatē cre
ditoris. ⁊ dicitur a noīe pugnus: qꝛ pugno
vel manu traditur. ⁊ constitit in re mobili
proprie q̄uis hypotheca sit ꝓprie obliga
tio rei īmobilis. Et dicit̄ hypotheca ab hy
pos quod ē sub ⁊ thesis positio q̄si suppo
sitio. Item pign⁹ s̄m Pa. est quod dat̄ pro
pter rem creditā que dum reddit̄ statim pi
gnus aufertur cuius possessionē ad tēpus
solū cōsequitur creditor ceterum dominiū
penes debitorē est ⁊ ponit idē differētiam
dicēdo. Pignora natorum dicunt̄ pigno
ra rerum subdens. sed vtraq̄ cōfundit au
ctoritatem lectoris.

¶ Pignus pretorium dicitur illud qd̄ ali
cui a iudice dat̄ ꝓ maiori securitate rei pe
tite ⁊ adiudicate: vide. l. si. decreto. C. qui
po. in pig. ha. ⁊. l. i. C. de pre. pig.

¶ Pignus cōmitti est in eum statū ꝑueni
re vt debitor dn̄iuz pignoris amittat. verbi
gr̄a. Tradidi vel mutuaui tibi pecuniā sub
pignoris ꝯditione: ⁊ nisi statuto die pign⁹
luas vel redimas debitum soluendo q̄ ip
sum cōmittatur idest amittatur.

¶ Pignus ē duplex p̄torium ⁊ iudiciale.
p̄toriū est qn̄ mittitur actor in possessionez
ꝓpter cōtumaciā rei in nō cōparendo ante
lit. cōtes. vel post. Sed pignus iudiciale cō
stituitur qn̄ post sententiam mittit̄ actor in
possessionē ob victi cōtumaciā in nō soluē
do. tunc em̄ victor statim acquirit natura
lem ⁊ ciuilē possessionē. de hoc no. per do
ctores in. c. cōtingit. de do. ⁊ cōtu.

¶ Pignorare ē rē aliquā pro debito obli
gare creditori: vt securior sit de solutiōe de
biti vel ē facere cōtractum sic dictum.

¶ Pignoraticia acto. Re. s̄. actio pignor.

¶ Pistores olim dicebātur facientes pa
nem palacij qui suberant comiti horreorū
vt. C. de pisto. li. xi. scd̄m Accur.

¶ Piscina locus dr̄ pro nutriēdis piscib⁹
⁊ cōseruandis piscibus deputatus vt quā
do placuerit domino de ipsis capiat.

¶ Pileus dr̄ a pilis: qꝛ pilos capitis te
git ⁊ strīgit s̄z Jo. an. in cle. ij. de vi. ⁊ hone.
cleri. pōt ēt dici a pilis: qꝛ de pilis fact⁹ est

De Pl

¶ Placere. i. arbitrari s̄m volūtatē ratio
ne regulatā ⁊ est actū ponere in placentia
vt in arbitrio: vt in. l. thays ancilla. §. soro
re. ff. de fideicōmis. lib. vbi relicta libertate
si heredi placeret inspicit̄ q̄ bono viro pla
ceret: ⁊ ꝑ hoc decidit̄ questio pone. Cōdu
xi famulum vsq̄ ad annuz pacto apposito
q̄ si michi displiceret. j. annū possim ipsum
expellere nisi ex causa ex qua vir bonus ex
pelleret: sed ex vsu cōi intelligēdi significat

BIU Cujas

meram volũtatẽ. ⁊ forte idem de iure scrip to per. l. ex placito. C. de reruꝫ ꝑmu. Ratio quia certum est ꝙ placitũ significat ibi voluntatem faciendi. §. penult. insti. de ꝯhen. emp. vbi recipitur ꝓ mera voluntate sꝫ non obstat. §. sorore prealle. qꝛ ibi significat arbitrium ratione subiecte materie. s. libertatis vt facilius valeat. Item paria sunt actuꝫ ponere in alterius libito. vel voluntate l. fideicõsensus. ꝓpe ꝑn. ff. de fideicõmis. libe. in versi. sed ita scriptum. vbi est idem dicere. lego libertatem si heres voluerit: vel si ei libuerit.

¶ Plagiarij sunt illi qui liberos homines seducũt vel seruos alienos surripiũt ⁊ vẽdunt a plaga maris. C. ad. l. fa. de pla. l. fi.

¶ Plagium est plaga vel dolor qui parẽtibus vel dominis infertur de surreptione filiorũ vel seruorum ab episcopis plagiarijs. aufertur eñ dominis vel patribꝰ per tales facultates filiorũ vel seruorum. ⁊ dicitur a plaga: quia est magna plaga patri vel domino: ꝑm glo. ĩ rubri. C. ad. l. faui. de plagiarijs.

¶ Plagiarius. alias plegiariꝰ etiã ẽ idez ꝙ fideiussor. vt ĩ. c. venientes de iureiurã.

¶ Placet licet videatur importare oĩmodam volũtatem ꝓferentis: tamen includit arbitrium boni viri. l. thays. §. sorore ꝑal. nam licet dicam faciã quecũqꝫ tibi placẽt intelligitur tamen iuxta arbitrium boni viri. l. si sic. ff. de lega. i. vbi ꝑ Bar. ⁊ no. in. c. de quo vult deo. de iudi.

¶ Pleno iure exponitur id est quo ad tẽporalem ⁊ spiritualem iurisdictionez. c. cõquestus. de fo. compe. ⁊ hoc si concedens habet potestatem vel iurisdictionem vtrãqꝫ. idem in. c. quoniam. de ꝑui. ⁊. xvi. q. ij.

¶ Plebiscitum est quod plebeo magistratu idest tribuno interrogãte an omnibꝰ placeat plebs instituit dictum quasi statutum orta enim inter plebem ⁊ maiores ciuitatis romane discordia plebs sibi leges constituit: que dicte sunt plebiscita vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. hisdem. reliqui vero populus cũ senatoribus ⁊ patritijs ius sibi constituit. quod dicitur lex populi anthonomice idẽ ꝑ excellentiam. scdm Isi. li. vi. ⁊ dicitur plebiscitum eo ꝙ plebs fiat ⁊ sciscitetur vl̃ cogat vt fiat distin. ij. plebiscita.

¶ Plus petitio est solius offerentis promissio. ff. eo. tit. l. iij. vel est plus et aliter ꝙ̃ pactum fit exactio. Et fit quattuor modis vnde. Plus petitur causa: tempore re: quoqꝫ loco. vt no. in. c. i. de plus peti.

¶ Plerũqꝫ idest regulariter. insti. de legi. patro. tute. in fi. cũ glo. impropriatur. ff. cõmodati. l. si is qui. §. fi.

¶ Plebs differt a populo vt species a genere: quia populus cõtinet minores ⁊ maiores nobiles ⁊ ignobiles. plebs vero tm̃ minores: ⁊ inde plebiscitũ idest per plebez statutum insti. de iur. na. gẽ. ⁊ ciui. §. plebs autem.

¶ Plus sub se minus continet. verbi gratia. Licet patri vel marito occidere adulterum cum filia vel vxore deprehensum. per hoc significatur ꝙ etiã licet vulnerare: vel iniurijs afficere. l. ne mea. §. ius occidendi ff. ad. l. iul. de adul.. quia plus est occidere ꝙ̃ vulnerare: vel iiurijs afficere. quia illi cõtinentur et significantur sub verbo occidere. Item iudex defert iuramentum in litem ⁊ taxat vsqꝫ ad certam quãtitatem. tamen licet ei cui defertur iurare in minori quantitate. l. videamus. §. pe. ff. de in lit. iuran. Item vendidi vinuꝫ quod est in dolio apposita est dies in qua vinum tollere debes non tollis: vel die non apposita te interpellato ⁊ expectato sufficienter nõ tollis indigeo doleo quia sunt vindemie. Dicit tex. ꝙ licet michi totum vinum effundere: ⁊ tamẽ non licet tantum partem vini effundere. l. i. §. licet. ff. de periculis. ⁊ como. rei ven. qꝛ effundendo tantum ꝑtem de dolio ita parum me iuuare posset. ac si michil effunderem. ⁊ ideo rõ non dictat tantũ ꝑtem effundendam ergo si ꝑtem tãtum effudero obligor emptori. si totum effundam nõ tenebo licet rogatus possim bene dimittere ꝑtem ⁊ sic de alijs.

¶ Pluralis locutio plura significat: duo

BIU Cujas

sarū tamen nnmero cōtenta est.c.pluralis li.vi.de reg.iur.Quandoq; autem plura significat geminatiue ī suas singulares. sic q; quelibet singularis in vno solo verificatur.Quandoq; autē non geminatiue sic q; vna singularis per se non attēditur.sed ipsa pluralitas simul,put singulare concludit:vel quodlibet aliud probabile meditz verbi gratia.testator dicit.Lego stichum t titum si mei erunt cum moriar.tunc altero alienato t altero non.iste non alienat' potest pcti a legatario:licet enim sermo pluralis sit.oportet tamen accipi ac si separatim dixisset:si stichus meus erit cum moriar:t si titius meus erit tc.vt.l.falsa.§.fi.ff. de condi.t demon.Ratio Bar.quia hec separatio respicit diuersos effectus t separatos.i.dominū legatarij ī quolibet. et q; sunt duo serui distincti:ita duo nomina distincta t separata: t sic separati effectus. Etiam ideo quia legans quemlibet nomiatim: t sic refertur ad quēlibet distincte. et hoc ex fauore legati t testamenti. Sed ibi Testator duobus impuberibus institutis filijs suis dicit.si vterq; impubes decesserit titium substituo.tunc si vnus moriat impubes substitutus non admittit:imo vt admittatur requiritur vtrūq; decedere in impuberi etate.l.pe.C. de ipubc. t ali.substi. Ratio Bar.est ex dictione vterq; que ē collectiua. Alij tamen dicunt q; fauore institutionis dictio collectiua sumitur distributiue.l.hoc argu.ff.de here.instī.modo omnis substitutio est conditionalis institutio ergo tc.t sic Bar.in.l.heres.§.cum ita.ff. ad trebel.dicit q; ī dicta.l.pe.vno filio morente impubere remanet alter filius testatoris qui ex presumpta voluntate excludit extraneum substitutū.ar.l.cum acutissimi. de fideuf.ideo vno moriente impubere nō extitit cōditio substitutionis:t sic de alijs exemplis.

De Po

¶ Pondus differt ab onere:quia pōdus dicitur quoddam leue t quoddam graue: vnde dicitur pondus meū.i.corpus ego ferro quocūq; venero:sed onus dicitur quia semper onerat t deprimit.

¶ Punctiones dicūtur quedā naues. Vñ dicitur.Si punctionibus trajiciatur id est mare trālferatur vel manibus transeatur.

¶ Pontifices olim dicebantur imperatores.xxi.dis.cleros.dis.vi.de capitulis.

¶ Pontificale est ornamētū episcopale.t scōm Hosti.est auctenticus iste liber: vt de ser.non or.c.consulit.t nota.Jo.an.in cle. vnica de iureiuran.

¶ Porcarius.i.suarius.Requi.j.suarius t dicebantur olim qui custodiebāt porcos ciuium vrbis romane in pascuis.t excusabātur a muneribus sordidis:vt in. C.de sua.fusce.l.i.li.xi.scōm Accur.

¶ Portorij dicitur quedā pstatio q; dat p nauium applicatione seu statione t mercatione quacūq; facta in portu. Vnde differūt pedagia:t gudagia:t saluiaria.Re. quodlibet loco suo Et ista omnia dicuntur portoria.C.de vectiga. t cōmis.l.iij.t.c.super de verbo.signi.in glo.vi.

¶ Positio scōm Goffre.est dictus q; loco interrogatōis ponebat olim.hodie de plano ponitur t positiue fit sicut olim interrogatiue fiebat.verbi gratia. Si volebam te conuenire hereditario iure:tunc sic dicebā Domine index interrogetis hunc an ipse sit heres talis:t ex qua parte sit heres hodie vero sic dicetur.Pono te esse heredez talis.Item pono ipsum ex asse heredem.s. extitisse.sed quia hodie simpliciter fiebant seu fiunt interrogationes super positionibus.igitur aliter describitur a Spe.co.tit. sic:Positio est breuis verborum formula mentem ponentis continens ad veritatez eliciendam concepta.t habuit hoc verbum ortum non solum ex vsu hominū diu in causis molito.sed ex antiqua lege.ff. de leg.iij. l.offendimus.§.ex diuerso.ibi pone ergo. Positio igitur nichil aliud est q; dictus de credulitate asserta in vim prestiti iuramenti faciens ad probationem aut ipsam āminiculans habens annexam interrogationē aut iudicis suppletionē.ar.ī auc.ō his

qui ingre. ad ap. §. fi. coll'. v. sic dicte ex cō-
munī cōsensu: nō tñ sine rōne. ff. de suppel.
lega. l. labeo: inuēte vt ptes exponerentur
pbationib⁹ ꝛ ne fatigentur laborib⁹ ꝛ ex-
pensis. vt. §. fi. palle: vel positio dz dictum
facti nōdum pbati p articulos distinctum
rite loco pbationis ppositum spectās dire
recte vel indirecte simplr vel āmunculati-
ue ad intentionem ponētis quod itendit p
bare ponens p cōfessionem aduersarij sui
vel eius procuratoris. ar. de elec. dudū. ij. de
testibus presentiū de cōfes. statuim⁹. li. vi.
nec debet poni nisi hoc quod est facti. ff. de
dote ple. l. i. C. de legi. l. leges. vñ q vocant
pōnes in curia ecclesiastica dicunt articu-
li in curia seculari. et differūt a rationibus
quia rationes sunt iuris. sed positiones vt
articuli sunt facti. Item positiōes differūt
ab interrogationibus licet tā positiōes q⁹
interrogatōes fiant vt per cōfessionem ad
uersarij reueletur ponēs ab onere probā-
di quia positiones fiunt assertiue ꝛ a par-
te sed iterrogationes fiūt interrogatiue et
a iudice: ꝛ ad positiones dz respōdere ps
nō aduocatus. ꝛ quādocunq; sunt faciēde
pbationes fieri possunt positiones siue an
te lit. cōtes. siue post. de hoc vide glo. in. c. i.
de pfes. li. vi. que plures ponit pcor. ꝛ alle.
cum exemplis de positione ante lit. cōte. et
etiam post. §. de exceptione q⁹ actor sit excō
municatus ponit reus hoc modo. ℙono
q⁹ pcussisti talem in tali pte corpis tali lo-
co tali die talibus presentibus. Item tur-
batus ex tali causa aīo inuriādi illum qui
tunc erat clericus ꝛ erat in possessione cle
ricatus: ꝛ sciebas eum clericum esse. Item
vidisti eū ferentem coronā habitū ꝛ tonsu-
ram clericalem deferentē quibus per acto
rem pfessatis pbata est excōmunicatio an
te lit. cōtes. sed post lit. cōtes. ℙone q⁹ petā
aliquem ab ecclesia quā cōtra iura retinet
remoueri: dicam pono iuramento quod ha
bet ꝛ possidet ecclesiā sancti. m. Itez q⁹ ha
bet ꝛ possidet ecclesiā sancti. p. Item queli
bet earuz habet curam animar: ꝛ eas post
cōcilium acq̄sunt hoc cōfessato succumbit
reus nisi dispensationē vel iustam causam
ostendat. Item debēt fieri positiōes super
cōtentis in libello. Et nota q⁹ multiplices
sunt positiōes. Una dz positio ptinens ꝛ ta
li coget iudex respōdere: vt in. c. presentium
de testi. li. vi. ꝛ si dubium est an ptinens sit
vel ne inclinabit se iudex ad id quod verisi
milius est ꝛ in dubio tutius est q⁹ facit rñ-
dere: vt de cōfes. l. statuimus. li. vi. ff. de in-
terro. ac. l. de etate. §. ex causa. ꝛ. l. vbicūq;
eo. ti. Alia est positio ipertinens cui nō co
gitur quis respondere. Item quedā est ne
gatiua positio ꝛ talis debet admitti: q; ver
bis affirmatiuis ponenda ē. Nam negati-
ua nō probatur ꝛ id quod ponitur si negā-
tur ponēs ipsuz pbare habet. ff. de proba.
l. ij. ꝛ. C. eo. ti. l. actor. ꝛ de pba. quomā con
tra falsam. Fallit quādo alias quam p ta-
lem positionez pbari nō potest. c. statuim⁹
palle. vel super facto pregnanti vbi iudex
te pbatur. c. ex tenore. de testi. ꝛ. C. de cō-
trahen. ꝛ cōmit. stipu. l. optimā. Item posi
tio que nō reuelat ponētem: vel ei nō pdest
nō dz admitti. quia nō dz quis ad pbandū
id admitti. quod p batus ei nō pdesset. l. ad
pbationem. C. de proba. c. dilecti. de excep.
Item positio que nō facit ad causam: vel q⁹
nō est super re de qua agitur in libello: vel
sup eo q⁹ repellat agentem si ponitur ex p
te rei dicitur impertinens ꝛ nō est admitten-
da. Item positio que dependet ex alia que
fuit negata vel cōcessa non est admittenda
quia super eo nō est amplius querēdū. ar.
ff. nau. cau. sta. l. licet ne respōsioni sit ꝓra
rius sicut nauta vētis cōtrarijs naugans
vt in auc. de his qui ingre. ad ap. §. i. colla.
v. ꝛ in. c. per tuas de pbatio. l. generaliter.
C. de non nu. pecu. Item positio implicita
nō dz admitti ꝓpter piculū pīurij. Et ideo
debet diuidi vt certum ꝛ verum respondeā-
tur. ar. ff. de inter. act. l. de etate. §. q⁹ autē
ꝛ. §. nichil: quia etiam iudex cauere debet
ne sit anceps pīurij. C. si. aduersus vēdito.
l. i. c. si vero. de iureur. C. de indi. vidui tol.
l. ij. Item nota q⁹ effectus positionū est. qui
eas pfitetur habetur p cōuicto. C. de pfes.

BIU Cujas

l.vnica.§.i.et positionibus nō rñdēs ha-
betur pro cōfesso.c.fi.de iura.calū. de cō-
fes.si post pstitū li.vi. Item positionibus
vbi iuramentum est de veritate nō pōt re-
spōderi per pcuratorē nisi sit causa vnuer
sitatis vel cōuentus.c.pñtiū de testibus p
alle.c.pastoralis cum sua glo.de iudi. Itē
positionū vtilitas est:qz aliqñ quod dire-
cte negatur:idirecte conceditur i toto vel i
pte.vt de iureur.c.cū ipositionibus.li.vi.
¶ Pollicitatio ē solius offerentis pmis-
sio.ff.de.pollici.li.iij. et differt a stipulatō
ne et a pacto quod est duorum consensus
atqz comuentio.
¶ Possessio fm Azo.C. de acqui.et reti.
posse. est corporalis rei detētio corporis
et animi t iuris āmmiculo cōcurrente. Vt
sic. Est ius quoddaz quo aliquis rem cor
porale vere i ptāte hz. Et dz corporal' rei
iō:qz sola corporalia possidentur. Incor
poralia autem dicuntur qñ possideri:et q.
si tradi per pacientiā et vsum. Nam incor
poralia nō possunt corporaliter apprehē
di sicut iura et seruitutes:et iō nō possidē-
tur.c.conqñst'. de fo.cōpe.in glo.ff.de vsu
cap.l.sequitur.§.si vina.ff. de acqui. poss.
l.iij.in.pzm.et tñ pscribūtur.c.cū ecclia.de
cau.pos.Jō regula in sexto dicit sine pos-
sessione prescripto nō pcedit. et dz intelli-
gi ēt de qñ poss.et ibi hoc nota. Itē impos
sibile est plures eandē ecclesiā vel bñfici-
um insolidū possidere.c.lz de.pba.de elec.
vt quis duas. li.vi.cle.si duob'.vt lite pē.
vbi glo.vide ēt in.c.cūvenissent.de.pcura.
Et iō bene dz detentio:qz res naturaliter
tenetur ab eo q corpaliter ifistit ei. Itē dz
corporis animi et iuris: quia hec tria vt
quis vere dicatur possidere concurrere de
bent scz act':corporis:affect' animi.t am
miculū iuris.nam opus est vt quis cor-
pore adipiscatur:vel saltem oculis. Suffi
cit enī plerūqz visus oculorū et animi affe
ctus cū voluntate tradentis quia ipse ani
mi affect' necessarius est.nō aūt per se cor
pore:aut per se aio possidetur:quia certuz
est possessionez solo aio amitti. puta si qs
se posse repelli suspicetur. Item oz q ius
reprobet.nam lz quis sacre rei vel religio
se corpore t aio insistat:non tñ de iure pos
sidet:qz res sacra vl religiosa nec ab igno
rante nec a sciēte possidetur. Et dz posses-
sio quasi pedum positio.
¶ Possessionum alia est iuris tantū: a-
lia facti tantum. alia facti et iuris simul.
Et hec interdum habet plus iuris: mi-
nus facti. interdum econuerso: vt no. de
cōcess.pben.cū nris.t. C. de acquir.poss.
l.i. Itē Hu.de porta rauennata dz iaz po-
sunt inter possessionē vacuam et vacantez.
vt i glo.ij.C.vñ vi.li.fi.et Jo.ibi reprobat:
et sic glo.cōcludit q ñ differūt. Sz vacua:
[illegible] vacans ē q a nemīe possidetur aio vel
co[illegible]er longū tps:vel ppter oblioni-
nem ei[illegible]o t[illegible]e. Et nota q si quis propa
auctoritate posset ingredi possessionē ali-
cuius rei:et accedendo iudicem ab eo im-
petrat licentiā igrediendi.talis p statutuz
si oppositū caueatur ñ punitur. qz potuit
sine auctoritate iudicis. ergo mltomagis
cū eius auctoritate ingreditur. hoc colligi
tur ex glo.ℵ si.in trāsitu.§.multis modis.
insti.de libe. Itē possessio cuius qñqz re-
quescit sup naturali: vt si tu possides no-
mīe meo:vel pcario a me. Qñqz nō requie
scat. vt in vsufructuario meo qui naturalē
hz possessionē ex iure: sed ego dñs hēo ci-
uilē rōe dominij non requiescentem in na
turali vsufructuarij.
¶ Possessor bonorū require.s.bonorum
possessor:vt filius emancipatus vel agna
tus:qui dicūtur bonoz possessores et bo-
norū edictali t decretali. nam statī vt hñt
edictaz t decretā possessionem ex hoc hñt in
terdictuz decretū ad hoc vt consequantur
hereditatis possessionē. Differūt heres t
bonoz possessor:vt.s.bonoz possessio.vñ
aditis hereditatibus heres nō desiderat
auctoritatez iudicis.sed bonorum posses-
sor requrit auctoritatē et pacientiam iudi
cis.insti.de bono poss.§.quis autem.
¶ Possessorū iudiciū est triplex.s.p pos-
sessione adipiscenda:retinenda: recuperā

BIU Cujas

da.vt in.c.pastoralis.de.cau.poss. in glo.
iiij.et vide supra interdictum.
¶ Possidere naturaliter dr̄ quis cū ē ī re
vel eius parte:vel saltē cū res est in cōspe
ctu eius vt ip̄az videat vel ptē ei⁹ ſm Azo.
in sum.C.de acqui.et reti.pos.
¶ Possidere ciuiliter dr̄ quis cū nec est in
re nec res in conspectu eius: sed possessio
nē solo animo hz et rez de iure retinet.s.q̄
talis sit persona in quam cadere possit hi⁹
possessio:vt no. Jo.an.ī regula sine posses
sione.li.vi.et allegat ibi iura. Naz laici qñ
q̄z de facto possident decimas et spūalia:
vt no. Bar.brix.xiiij.q.i.ī pri.in glo.mag
na in fi. Naz aliud est possidere et aliud le
gitime possidere.de resti.spo.ad decimas
li.vi.. Et nota q̄ possessio ciuilis et natu-
ralis simul vel ciuilis tm̄ requiritur ad p̄-
scriptionez sz naturalis tm̄ nō sufficit nisi
alias ciuiliter possideret: vt tractat plixe
Dy.in regula sine possessione li.vi. Et ē ra
tio:quia hñs naturalē tantū acq̄rit eā clā
p̄ introitu3 qñ dñs est absens quem credit
sibi q̄stionez motur̄.et sic mala fide habet
naturalē.ergo non p̄scribit.§.qui ad nun-
dinas.l.clam possidere.ff.de acqui.poss.
¶ Possidere clam est absente dño et fru
ctuario excluso clanculo possessionē īgre-
di:vt dñm possessione p̄uet.
¶ Possidere vi est violenter possidere.
¶ Possidere precario est rē ad petitiōes
vel p̄ces meas michi ꝯcessam ad vsuz pos
sidere q̄diu patitur is qui concessit.
¶ Possidere pro indiuiso est aliquam rē
ita possidere: vt nullam partē ī ea habeat
ab alijs diuisam vel vt nulla sit pars quaz
possideat separatam siue diuisam.
¶ Possidere p̄ herede est ita possidere q̄
putat se heredem ver̄ cum non sit.
¶ Possidere pro possessore dr̄ ille qui ita
possidet q̄ scit se nullā causaz iustaz possi
dendi habere vt si interrogatus fuerit q̄re
possideat vel quō nullam rationem pretē-
dit quare possideat:sed dicit possideo.
¶ Possideri proprie dicūtur immobilia
eo q̄ eis pedibus quis insistit: vnde a plā
ta venit ista possessio.
¶ Possidetur autē hoc iure quod iuste:ꝫ
iuste:quod bene.quod autem male possi-
detur alienū est. Male autem possidet q̄
male suis vtitur vel aliena p̄sumit.de ver.
sig.ius dictum est.
¶ Possessorez facere cause rei seruande:
aut in possessionem mittere est. verbi gr̄a.
Cōtēdisti talē fundum esse tuuz ⁊ proba-
sti:iudex per executorem suū mittit te ī pos
sessionem et facit verū possessorem. Item
volui.agere contra.G.et eū vocari feci ad
iudiciū ⁊ contemnit venire.et iudex mittit
me in possessionem illius rei quaz petebā.
non vt faciat me veruz possessorem sed vt ī
fundo maneam cā rei seruande ⁊ custodiē
de et rē illā tenebo donec probauero meā
esse.et si aduersarius meus tandem tedio
affectus moneatur.et de sua ꝯtumacia re
sipiscat.⁊ mecū litem si velit aliq̄d dicere
hēbit.de hoc supra mittere in possessionē.
¶ Posse id est debere.ff.de libe.⁊ postu.
l.placet ⁊ regulariter tm̄ ꝯ ti.ff.de offi.pres.
l.sepe cū sequenti.de re.iudi.nō quicquid.
et.C.quō et qñ iu.l.i. Et multis modis di-
cimur posse. Unde posse q̄dē rebus dant
ius natura ptās. Officiū meritum quītuz
diuina volūtas. De hoc vide glo.in.c.sci-
scitatus.de rescrip.⁊ ibi cōcor: Nam posse
dicimur ēt illud quod licite et sine incōmo
do nr̄o possumus.ff.de.ver.sig.l.nepos p̄
culo.in fi.simile de cōdi.insti.l.filius qui ī
fi.ff.vbi tex.vt generaliter dixerī que con-
tra bonos mores fiūt nec facere nos pos
se credenduz est.vt.xxij.q.ij.faciat hō. vbi
etiam de multiplici possessione.⁊ Inno.d̄
conces.preben.accedens.⁊.ff.de re.iur.l.ī
ꝯdēnatōe.vbi.glo.et.iij.q.vi.hoc quippe.
C.de.legibus.l.non dubium.
¶ Post quandoq̄z etiam notat statī post
inchoatiōem:vt.l.ij.§. itē.mutuū.ff.si cer.
peta.
¶ Potest necessitatem importat interdū.
ff.de offi.presi.l.sepe.⁊.l. sequenti. de hoc
ff.de.iudi.l.nō potest.vbi plene. et est glo.
in ver.non potest.in regula beneficium de

BIU Cujas

reg.iur.li.vi.

¶ Postliminium est ius amisse rei recuperande ab extraneo et in statū pristinū reducende quam quis propter captiuitatez vel per seruitutem amisit moribus et legib⁹ īstitutū: vt colligit. ff. d̄ capti. ⁊ postli. reuer. l. postliminium. i. responso. Unde ꝑ hoc ius recuperat quis cuz a captiuitate reuertitur iura que amiserat et ipso reuerso fingit b̄ ius ipsum semꝑ in ciuitate fuisse. Unde breuiter postliminiū est ius quo restituitur res vsucapta vel prescripta ab aliquo alicui quam ꝑ captiuitatez amiserat. xvi. q. iij. preterea. Dicitur autem a limen et post. i. iuxta: quasi iuxta limen domus sue semper fuisset ⁊ possedisset. vl' qꝛ captus ab hostibus: ⁊ vltra limīa meri imperij deductus postea infra limina reuertitur. Nam sicut limina sunt in domo q̄ finem quendam faciunt. ita et imperij limina veteres voluerunt esse scd̄m Azo. C. de capti. et postli. reuersis. et instit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. dictū autē ē postliminiū. Et dicit lex ꝙ oībus eque postliminiū est. non soluz his qui pugnare possunt: sed oībus q̄ eius nature sunt: vt cōsilio vel alijs modis vtiles esse possint: vt. ff. de capti. et postli. reuer. ⁊ d̄ voto. ex multa in glo. vi.

¶ Posterior lex. vel posterius statutum: rescriptū: vel pactū: derogat priori qñ concurrunt. v̄bi gr̄a. Lex precedit: et lex cōtraria sequitur: tūc p̄or tollitur. etiam de ea ñ facta mentione. l. non est nouum. et. l. sed ⁊ pastores. ff. de. legi. dum dicit lex. Licet cōtrarie sint. de hoc. c. i. de consti. li. vi. Rō ē voluntas cōdentis legē. Et sumitur significatuz ex scientia prioris legis: et ꝯrietate posterioris. nam condens posteriorez scit etiaz priorē. quia princeps habet oīa iura inscrinio pectoris sui. c. i. p̄al. et. l. oīum testamentoꝝ. C. de testa. ideo condēdo posteriorem contrariaz: videtur tollere priorem. quia si vult valere illam: vult valere nō istam illi contrariam: alias etiā incōpassibilis. Ex hoc colligitur ratio cur taz varie rescriptuz posterius non reuocat p⁹ nisi expresse fiat de priore mentio. et tamē constitutio posterior etiaz non faciēs mētionem de priori: tamen derogat ei: vt hic d̄r: quia princeps ex certa sciētia p̄oris cōstitutionis habens iura in pectore suo reclusa presumitur scire priorē: et facere posteriorem. Sed quia rescripta continēt facta que non sunt in pectore prīcipis reclusa quia factoꝝ omniū habere memoriaz ⁊ in nullo deficere diuinitatis est potius q̄ humanitatis. C. de vete. iur. enucle. l. i. §. i. siquidem ergo princeps non p̄sumitur cōscius primi rescripti concedendo secūdū. vt dicit Gof. in sum. §. derogatur. de cōsti. Sed vbi cōsuetudo in aliquo loco: vel statutum municipale precedit: et lex prīcipalis generalis sequitur: contraria certe p⁹ non tollitur. c. i. in secundo dicto. de cōsti. lib. vi. quia non apparet principem scire illam consuetudinem vel statutum illd̄ immo verisimile est eum ignorare cuz ex alieno facto inducatur. Ideo non potest concludi ipsum tollere voluisse: quod verisimile ignorabat. obtinebat ergo lex illa locuz tantum in non contrarijs priori cōsuetudini vel statuto: vt. c. i. preal. Sed si in lege tali posteriori cauetur ꝙ valeat generaliter et specialiter non obstante quocūqꝫ statuto contrario vel consuetudine: tunc tollitur prior consuetudo vel statutum. ar. l. si quis in dubio. ff. de lega. iij. iuncta. l. quotiens. et. l. rescripta. C. de preci. īpera. offe. Et est ratio ex tenore posterioris legis qꝛ clare patet in posteriore tollere velle priorem consuetudinē v l' statutū: licet ignoret.

¶ Posthumus: vel posthuma dicuntur qui vel que posthumationem. id est postq̄ pater datus est humo nascitur. Impropē autem quilibet dicitur posthumus: qui nascitur post testamentum: scd̄m Azo. C. co. tt. posthum⁹ ēt d̄r nepos posthūationē aui nat⁹ ē ꝓprio p̄re supstite. ⁊ ille proprie dicitur neposthum⁹ q̄ si nepos posthum⁹

¶ Postillatio. est alicuius persone ad dignitatem vel societatem fraternam canonica facta vocatio. vel persone ad

BIU Cujas

eligendū petitio: que eligi nō pōt. Vel sic. ſm Goffre. Est gratie petitio. vt cū ex gr̄a petitur aliquē intelligibilem licēter eligi. Et est duplex postulatio. s. solēnis q̄ est alicuius inhabilis aliter q̄ ꝓpter crimen a supiore ad bn̄ficiū vocatio: et admissionis petitio: vt i. c. vnico. de postu. p̄lato. li. vi. Et h̄ cōfirmata habet vim electiōis. Alia nō solēnis est petitio sacra a superiore vt tollat obstaculū aliquod eligi ⁊ ad bn̄ficium acceptandi illa presupponit electionē ante vel post fieri: vt monachus electus n̄ pōt cōsentire sine licentia sui abbatis ⁊ sic postulatō licētie ab abbate nō dr̄ solēnis. ergo postulatio solū est inuēta ꝓpt̄ icapaces vt illegitimos et nō sufficientis etat⁹: vel pri⁹ bn̄ficiatos. Naz qui capax est dignitatis nō dz postulari sed eligi. q̄re postulatio nō multū differt ab electōe. Et nota q̄ postulari debent ⁊ nō eligi sextuplices ꝑsone. Prīo archiep̄s ad aliū episcopatū. de postu. p̄lato. bone. Scd̄o ep̄s ad ep̄atū vel alium archiep̄atuz. c. ⁊ si vnanimiter eo. ti. Tertio laic⁹ ad dignitates. lxi. di. h̄ ius. Quarto clericus ī minoribus ordinibus cōstitut⁹: c. preterea. de eta. ⁊ q̄li. Quīto illegitime natus. de elec. innotuit. Sexto qui nō est in etate legitima constitutus. de elec. cum in cunctis. ⁊. c. cū nob̄.

¶ Postulare: vel aduocare est aliquē desideriū suuz: vel amici sui coraz indice: vel apud eū qui iurisdictioni p̄est in iure exponere. vl̄ alterius desiderio cōtradicere. ff. eo. ti. l. postular̄. et. iij. q. vij. §. tria. versi. ē aūt. et. C. de procu. l. i. et. C. de postu. l. ij. ⁊ c. cū sacerdot⁹ de postula. in glo. iij. vn̄ pretor inquit qui nō hz aduocatū ei dabo. ff. de postu. l. i. §. ait p̄tor. et intelligitur si habere non ꝓōt. Dabit em̄ feminis pupillis debilibus et his qui sane mentis nō sunt: ꝓpter potentiam aduersarioꝝ aduocatos inuenire nō possunt. ff. de offi. ꝓcon. l. nec quicq̄. §. vlt. et h̄ pro salario cōuento a ꝑte vel statuto a iudice iuxta facūdiam aduocati moduz litis ⁊ fori consuetudinem quātitate nō excedente. vnde aduocare et salarium recipere ꝓ aduocādo bene lz. xi. q. iij. non lz. et. xiiij. q. v. nō sane. vbi Aug. ad macedoniū inquit. Non dz ideo iudex vendere iustū iudiciū: aut testis veꝝ testiōniū. qz vendit aduocatus iustū patrociniū et iurisperitus veꝝ cōsiliū lz Guil. dixerit cōtra: q̄ nichil possit recipi ꝓ iusto patrocinio: vt no. in. c. nō lz. prealle. Itez aliqui ꝓhibentur postulare per edictum p̄toris. Vn̄ versus. Nō cuicunqz datur vt postulet i. aduocet: īmo vetatur. Addict⁹ pene: seruus: puer: actor arene. Luminib⁹ casus: mulier: muliebria passus. Caueant autez aduocati postulantes ne causas desperatas assumāt. et si forte a principio assumpserint ignorant̄ cū de vitio cause patuerit cessent ⁊ salaria iam recepta restituant. C. de iudi. l. rem non nouā. Et nota q̄ q̄ttuor sunt obseruanda aduocatis. Prīo vt cause qualitatem examinent: et iustam si voluerint assumant: iniustaz vero repudient. Scd̄o vt modestiaz veritatez et legalitatē seruent in aduocando. Tertio vt salarium cōueniēs petant. Quarto vt nec a principio conueniant de certa ꝑte litis vel cum graui damno litigatoris. nec post ceptam litē vllū pactū ineant: cū eo quē in ꝓpria fide receperunt secūdum Goffre. in sum.

¶ Potestas quīqz modis accipitur. ff. d̄ ver. sig. l. potestas. Itē potestas qn̄qz capitur ī femīno genere. vt. c. fi. de iudi. ⁊ sic capitur substantiue in abstracto. et addit̄ ei adiectiuū: vt ibi florentia potestas. Qn̄qz in masculino genere: vt. c. tua de homi. et sic sumitur cōcretiue significans officialem ciuitatis hn̄tem iurisdictionem vel potestatē prīo modo dictam: et sic iteꝝ addit̄ sibi pronomen possessiuuz dicendo noster vel vester potestas.

De Pr

¶ Pragma grece dr̄ latīe causa. vn̄ pragmata negocia dicūtur. inde pragmaticus i. causidicus vel actor negocioꝝ et causarum scd̄m Isi. li. v. et. x. q. ij. h̄ ius porrectū in fi.

¶ Pragmatica sanctio dr̄ causa in ꝯsisto

BIU Cujas

rio principis ventilata corā ꝓ ceribus sacri palatij: et est ꝯstitutō quā iperator consilio procerꝫ statuit seu sanxit. Qñqꝫ etiam dr̄ ꝯfirmatō in scriptura facta ab iperatore cū cause cognitōe super contractu permutatiōis: vt. c. i. de re. permuta. in glo. et pragmaticuꝫ sacrū est principis rescriptū: vt in. c. fundamenta. de elec. li. vi.

¶ Pragmaticarij sunt qui scribunt pragmaticas sanctiōes. ⁊ alio mō dicūtur scriniarij vel magistri scriniorꝫ vel scriniorum mēoriales eo ꝙ adeptā scripture sanctōeꝫ ī scrinio positā custodiebāt ad memoriaꝫ.

¶ Prebēda est ius ꝑcipiēdi ꝓuent⁹ ī ecclesia collegiata exactōe proueniens ꝯpetēs alicui tāq̄ vni de collegio quod ius ex canonia descendit: nō dꝫ enī canonic⁹ sine prebēda eē: vt ī. c. relatū. eo. ti. et ꝓcedit ex institutōe ⁊ officio. qꝛ ex ꝟ ꝙ facit q̄s officiū dꝫ ꝑcipere p̄bēdam et bñficiū. sꝫ canonia quere. s̄. d̄. C. vt ī. c. cū. m. ferrariensis de cōsti. ī glo. vi. Itē p̄bēda qñqꝫ capit̄ large ꝓ iure qd̄ alicui nō tāq̄ de collegio sed rōe mīsterij officij pauꝑtat⁊ vel vtilitat⁊ cōceditur vtendo et fruēdo inuita sua certis rebus ecclie vt redditibus quos canonici recipiunt vel alij. de tali habetur ī. c. qꝛ nō nullis. de magistris. xvi. q. i. possessiōes. ⁊ §. illud. Et laici maxīe nobiles hñt tales prebēdas secūdū Compo. in. c. cū. m. ferrariens̄ prealle.

¶ Precariū ſm Azo: eo. ti. in sum. ē id qd̄ precibus vtēdū conceditur petēti tandiu q̄diu patitur q̄ cōcessit. sed ſm Goffre. in sum. eo. ti. ē illud pignus obligatū creditori: et a creditore ipsi debitori ꝯcessuꝫ ⁊ vtēdum q̄diu patitur ⁊ ꝑmittit q̄ cōcessit. vt ē tex. in. l. i. de preca. ff. vbi dicit. Vulpianus qd̄ ꝟ genus libertatis ex iure gentiū descēdit. et subdit ibidē differt autē precarium a donatiōe: qꝛ qui donat sic dat vt nō recipiat illud quod dat sed qui precariū cōcedit prīo sic cōcedit vt recipiat qñcūqꝫ placebit. Vel precarium est cōtract⁹ int̄ dñm et colonū: et est cōtractus gratuitus et similis cōmodatio in tm̄ vt q̄dā dicerēt hos cōtractus ñ differre nisi verbis: qui tamē etiam differūt in re. nam lꝫ in multis cōueniant precariū et cōmodatū. differt tñ precariū a cōmodato. nā ꝯmodatuꝫ fit ad certū vsum: nec potest reuocari vsu expleto p̄cariū vero quādocūqꝫ placuerit potest reuocari. Itē precariū qñqꝫ dr̄ cōtractus de quinquennio in q̄nquēnium reuocandus. Et si quinquēnio elapso sub taciturnitate pretereatur tunc reuocari intelligitur talis contractus. dicitur autem precariuꝫ iō quia est cōtractus ad preceps factus.

¶ Precaria ꝟba sunt hec: rogo: volo: mādo: fido: cōmitto: iubeo autem preceptiuū est. C. cōmunia delega. l. ij. in prin. mando quandoqꝫ ē verbuꝫ precarium. ar. ij. q. iij. mandastis. vbi episcopus mandat pape. qñqꝫ tñ mando ponitur preceptiue: sicut etiā rogo. vt. xi. q. iij. rogo. qñqꝫ mandatīe vt. ff. d̄ neg. ge. l. fi. mei rogatu. i. mādato suscepistis. Item quandoqꝫ dep̄catiue: et sic vt frequenti⁹ ponitur.

¶ Precaria dicitur donatō ad preces facta vsqꝫ ad mortē recipientis. xij. q. ij. sepe xvi. q. iij. clerici. et ē contractus ille affinis emphiteosi. Itē precarie dicuntur quedaꝫ prestatōes seu cōcessiones vsufructus ad preces facte in recōpensatōem eius ꝓprietatis q̄ datur ecclesie cuius forma habet̄. x. q. ij. precarie.

¶ Preceptum. Require. s̄. mandatum.

¶ Preco ē q̄ apud acta aut in ciuitate publice ꝓclamat vel pronūciat aliquid faciēdum dimittendū per quez plerunqꝫ fiebat edictorꝫ narratio. id est recitatio et publica in ius vocatio ⁊ citatio alicuius matrimonij vel reiuēdēde nūciatio ⁊ substitutō

¶ Precise ſm cardinalez in rescriptis tm̄ valet sicut absolute et sine cause cognitōe. vt de heret. c. ꝯtra christianos. li. vi. Et dicit cardinalis. si ponitur in statuto operatur vt ipsum nō tollatur ꝑ sequens statutū in causa ī quo sublatum fuisset si nō apponeretur. Et dat simile de iuramēto apposito in. l. siquis. in prin. ff. de leg. iij. Bal. autem dicit ꝙ non valeat precise. i. sine cause

BIU Cujas

cognitõe.et qz sic tex.cẽt supflums.nic.ij.ꝺ rescrip.vbi ponitur exp̃sse p̃cise:t ẽt sine cãe cognitõe. Saluãdo tñ primũ dictũ ꝺ q̃ ille tex.ponitur declaratiue.vel expositi ue et p.i.quod dictũ magis placet doc.

¶ Precipitiũ fit sine mõ.et cum periculo de sepul.ex pte.et p̃m Jo. an.in cle.pastoralis de re.iudi.

¶ Prediũ ꝺz fundꝰ:vel ager.Re.s.Ager.

¶ Prediũ vrbanum:t prediũ rusticũ.Re quire ibidez t etiam actio finiñ regũdoꝝ.

¶ Prediũ dotale ẽ qñ ista duo cõcurrũt. scz q̃ matrimoñ cõtractũ est: et traditio p̃ dij inuenit p̃m Azo.de fun.dota.C.i sum.

¶ Prediũ canatũ p̃m Jo.t Accur. C.co. ti.in rubri.fiut prediũ i quo fuerũt cellule. vñ canatus.i.cella.nã cana grece cellarũ ꝺz latine. Uel aliter erant tũc predia scripta vt redderent inter cellulas p̃m Azo.ibi dez.li.xi.t coꝝ coloni dñr canati vel dñici coloni.qz dicta predia erant in pratis.

¶ Prefectus augustus:vl augustalis ꝺ prefectus egypti:vt.ff.de offi.prefect. augusta.l.vna.C.co.ti.l.qz iperator:nam ipator maximus augustus in egypto prio prefecti potestatem introduxit.

¶ Prefectꝰ pretorio ab initio magr equitũ creatus ẽ cum dictatoꝛes sibi antiquiꝰ magistros militũ eligerẽt qui principali solicitudini associati sumaz post dictatoꝛes gerebãt ptãtem.hoc crẽplo principes ad quos gubernaculuz reipub.peruenit post ea elegerũt prefectos pretorio quibus publice disciplineemendatio concessa ẽ.quorum auctoꝛitas ita ẽ ampliata et adeo approbata vt nec ab eoꝝ sententijs appellari:nec in integrũ restitutio facile posset postulari. Et erant quattuoꝛ scz prefectus pretorio orientis.prefectꝰ pretorio affrice cuius sedes est in carthagine.prefectus pretorio illustris.t prefectꝰ vrbis.ff.de offi. prefecti.preto.l.i.t ibi nota.

¶ Prefectus vigilũ idem est q̃ prefectꝰ nocturnus.horum autẽ officium est de nocte facere excubias prefuerũtq; incendijs arcendis:qui etiaz cauebant: inquirebãt: et puniebant incendiarios:fures: grassatoꝛes:effractoꝛes:misi delinquens esset tã famosa persona vt ad p̃fectum vrbis debe ret mitti puniẽda:poterant etiam iudicare de capsarijs:qui in balneis vestimenta custodienda susciputi:si aliquid dolo fecerũt.vt.ff.de offi.p̃fe.vigi.l.ij.§. cognoscit.

¶ Prefectus annone dicebatur qui ꝺ annona.i.de blada curam habebat.Require supza edilis cerat.

¶ Prefectus vrbis dicebatur cui ab ipeatoꝛe concessa est vrbis admiñistratio q̃ ceteris magistratibus ex quacunq; causa ab vrbe proficiscentibus et recedentibus in vrbe relictis ius dicebat t omnibus dignitatibus in ciuitate antecedebat sua dignitate.qui cum abvrbe ꝓgrediebatur nõ habuit iurisdictionem.quaz prebere tamẽ potuit in ciuitate:Sed p̃m Azo.C.co.ti.et extra vrbem intra centesimum miliare habet iurisdictionẽ.vide de offi. prefec. vrb. per totum.

¶ Preiudicium est quasi q̃dam prelatio vel prepositio siue prelocutio vnius rei respectu alterius .Nam aliquid preiudicari alteri est illud illi preferri:tamen hoc ꝛ̃bũ preiudicare alterius modi cõstructionẽ t ampliozem significationem habet q̃ hoc verbum preferre. ꝺz enim personaliter ex propria confessione in iudicio michi p̃iudicaui.i.confitendo michi ipsi in iudicio p̃iudiciũ feci.Hoc cñ preiudiciuz non significat cõmoduz meũ esse factũ: sed incõmodum:vt si iudex non sequatur veritatẽ:sed meã confessionem.ita ꝺz res iudicata veritati facere preiudiciũ non vt veritas rei iudicate preiudicet.i.preponatur:sed res iudicata veritati preiudicaret:igitur est:alicui aliquid preponi:et sic dicimus rem iudicatã veritati facere preiudiciũ.i.eiq̃ preiudicandũ est dato q̃ nõ sit verũ nã dato q̃ ita ñ sit sicut iudicatuz est tñ preponitur veritati.

¶ Preiudiciales actiões pro tanto dici possunt q̃ i ipsis tractat de magno p̃iudicio:vl q̃a q̃ñ mote p̃iudicãt.ꝛ̃bi gratia.

BIU Cujas

Agis cōtra me ꝛ aliq̄d petis. oppono tibi
qōem statis dicēdo ꝙ tu es fili⁹ meus vl
ſeruus meus in ptāte mea cōſtitutus. aut
libert⁹. ꝛ ſic de ſimilibus.

¶ Prepoſitus pōt dici qlz q̄ alijs preeſt.
vſus tñ obtinuit vt p̄poſit⁹ dicatur q̄ quō
daz priorat⁹ curā ſup alios geſſit: de ꝟbo
ſig. quamuis

¶ Prepoſiti labax alias labox vel ſcōm
aliquos labiox a labijs dicūt: qz forte cor
rigebant eos qui male de p̄ncipe loq̄bāt.
dicūtur aūt labax a ſigno bellico quod fe
cit fieri. Cōſtantin⁹ ex auro et lapidib⁹ p̄
cioſis inter alia ſigna bellica: et ꝺeriuatur
a laber. q̄ ergo talibus faciendis prepone
bantur: dicebantur prepoſiti: vt ſupra.

¶ Prepoſiti ſacroꝝ ſcrimox erant illi q̄
preerāt ſcrinijs imperialibus q̄ alias di
cebanturproximi eo ꝙ magis principi ap
proximabant q̄ alij. Tria autez erant ſcri
nia ſiue camere: de q̄bus tractatur. C. eo.
ti. li. xij. Primū ſcriniū erat camera epiſto
lax. q̄ principi mittebantur vel ab eo mit
tebātur. Scōm fuit libellorum ꝓuentualiū
et cōuentionaliū ꝛ cognitionū vel commen
tionū. Tertium erat diſpoſitionum: vt ē re
giſtrū p̄m Accur. i Rub. co. ti. li. i. preal.

¶ Prerogatiua id ē aliquod priuilegium
de quo. j. dicetur.

¶ Precentores dicuntur cantores qui in
choro incipiunt i eccl̄ia collegiata in. c. cū
olim. de conſue. Et dicūtur duo genera cā
tox in arte muſica ſcz precentor q̄ vocem i
cantando premittit. et ſuccētor qui ſubſe
quenter canēdo rñdet et additur cōcētor
q̄ cōſonat predictis: vt. xxi. di. cleros. ver.
finem.

¶ Preſes eſt nomē gñale ad oēs p̄cōſu
les ꝛ legatos ceſaris ꝛ oīnz p̄uinciar ū re
ctorez ſiue moderatorez. vt. ff. ꝺ of. p̄ſi. l. i.

¶ Preſes, p̄uincie ꝺr q̄ i p̄uincijs poſt p̄n
cipē ſummam gerebat ptātem. Naz regna
redacta erant in prouincias: quas recto
res dicebantur preſides. et ſunt clariſſi
mi. vt ballui. ꝛ ſic proprie capitur ſiue ſtri
cte ſed generaliter ſumitur. vt ſupra.

¶ P̄ntes dñtur q̄ in eadez ſunt prouincia.
l. ſi. C. de preſcrip. xxx. anno.

¶ Preſerti pōtur aliq̄n i iure ꝓ maxime.
vt. c. ex lr̄is. ij. de hom. aliq̄n pro tñ: vt ibi
dē i glo. de. pe. di. xij. c. illō. vbi bo. glo.

¶ Prelati noie itelligitur eccleſia ꝛ miſte
riū ppli. et eccleſia ē in epiſcopo: ꝛ nō ecō
uerſo nō tñ noie prelati ſemper itelligitur
eccleſia vt in. c. edoceri de reſcrip. i glo.

¶ Propere propꝛie. i. mimis cito.

¶ Preſbyter grece iterpretatur ſenioꝛ la
tine ꝛ ē nomē dignitatis nō etatis tñ: locz
alibi dicat nomē etat. xcij. di. legum⁹. naz
ppt honorē et dignitatē quā accepit preſ
bit noiatur. et ꝺr quaſi prebens iter: ꝛ non
vt quidā interpretātur quaſi pre ſocijs bi
bēs ter de hoc. xxi. di. cleros poſt medium.

¶ Preſcriptio ſecūdum Goffre. C. codez
ti. Eſt quoddam ius ex tempore ſubſtātiā
capiens id ē firmitatem. Et habet locū in
rebus imobilibus. Et hec diffinitio impu
gnatur ab alijs naz ex preſcriptiōe non cō
petit ius ſed exceptio. Unde ſic diffinitur.
Preſcriptio ē exceptio rei ex tempore ſub
ſtantiam capiens. que diffinitio etiam ab
alijs impugnatur: quia preſcriptō non ca
pit ſubſtantiam ex tempore ſed ex auctori
tate legū. Ideo preſcriptio ab alijs ſic diſ
finitur. Eſt exceptio ex tempore cōgruēs
ab auctoritate legum vim capiēs negligē
tibus penam infligens: et finem litibus
imponens ꝙ omīno magis videtur com
pleta. Inducit autem preſcriptionem: bo
na fides: iuſtus titulus: ꝓtinua poſſeſſio:
et ſine rei vitio. ſcilicet quando res ſit pre
ſcriptibilis ſcōm Goffre. Et nota bonam
glo. vlti. in. c. illō de preſcrip. vbi habes ꝙ
modis fiat interruptio preſcriptionis na
turaliter et ciuiliter. vnde habemus ꝺor
mitiōez: ꝓpetuatōnē ꝛ iterruptōez p̄ſcrip
tōis. Et req̄rūtur ſex ad preſcriptōez ſi va
lere ꝺz. ſ. titulus: poſſeſſio. bona fides: res
p̄ſcribēda: pſona p̄ſcribēs: ꝛ pſona ꝺ quā
p̄ſcribit: inter q̄ poſſeſſio ꝛ bōa fides ſunt
marie ſbalia: vt no. i. c. illō p̄al. Et ſūt. xxxi
caſus i q̄b⁹ nō currit preſcriptō quos hēs

BIU Cujas

in.glo.fi.c.cū nō liceat de pscrip.vide etiā glo.sūme.xxvi.q.iij.de vsu.et pscrip. Item prescriptio ē lōgi tpis cōtinuata possessio int̄ pñtes.x.ānoꝝ:iter absētes.xx.an.l.vlt. Alia est pscriptio lōgissimi tpis.s.xxx. vel xl.annoꝝ ⁊ illa dr̄ lōgissimi tpis. Vñ cū aliq̄s rē aliquā tanto tpe possederit ipsam possessiōis diuturnitatē et tpis ꝯtinuationez prescribit et actorē rēouet siue p vim siue alit̄ siue titulo nact⁹ ē possessionē vel alio quocūqꝫ i iusto pricipio. Sed diceres ex h̄ videt̄ q̄ decie a laicis prescribant̄ diuturnitate possessiōis ⁊ cōtinuatōne tpis. Rñdo notando q̄ seruitutes et alia iura i corpora alia bñ pscribūt̄ spatio.xl. ānoꝝ dū tñ talia sint q̄ ius cōe ñ vetat possidere. alias q̄ possideri ñ pñt d̄ iure ñ pscribūtur: vt sicut decie p laicos:vi.c.phibem⁹ de deci.ex quo colligitur ar.ꝯ laycos volentes se tueri prescriptōe tpis:vt possint decias possidere:vide.c.puenit de cēsi.vbi glo.ecclesia ꝯ eccl̄iam gaudet pscriptiōe.xxx. annoꝝ si sine iterruptōe possideat mōasteriū gaudet pscriptiōe.xl.annoꝝ nec minor exceptō religiosis domib⁹ opponi pōt cū effectu et rōana eccl̄ia cētū annoꝝ gaudet pscriptōe. Itez prescriptō.xxx.ānoꝝ scdz antiqua iura.sz mō.xl.ānoꝝ tollit oēm actionē.et oē ius.c.audit̄ de prescrip. sz nō currit tpe scismat̄.eo.ti.cū nobis.nec sede vacāte.c.de q̄rta.⁊.c.decime ⁊ audit̄.eo.tit. nec ēt tpe hostilitatis.c.ex trāsmissa.eo.ti. Etiā nec currit contra visitatiōem epoꝝ et pcurationē debitā.c.cū ex officij.⁊.c.cū accedēs.e.ti.⁊ ē itroductū ppt̄ desidiam ius suū negligētiū.⁊ q̄ pñt pscribet̄.⁊ q̄ ñ.⁊ ēt q̄ res nō pñt prescribi no.iii.c.cū ñ lz.eo:ti.

¶ Prescript̄ v̄bis dr̄ cōtract⁹ inoiat⁹.et fallit qñ est factū iestimabile vt manumissio: qr iestimabil̄ ē: ⁊ tūc datur actō de dolo:vt i.l.dedi tibi.ff.de ꝯdit.ob cauda.et.l. naturalis.§.qd̄ si facio.ff.de prescrip.nec inde nascitur ciuilis actio:q̄ prescript̄ verbis dr̄.de qua.s̄. Actio prescript.

¶ Prestigiū est qd̄ pstigit:alias prestringit aciē oculorū.s. obūbratio q̄dā videlicz cum videtur alicui se aliud videre q̄ videt: vt in incantationibus. ⁊ sic patet vt legitur ivit̄ patrū de quodā cōiugato nolēte accedere ppriam vxorē: qr videbatur sibi equa:quousqꝫ p quēdā btm̄ tale pstigium fuit sublatū. Dicebāt̄ ēt pstigia captōes v̄boꝝ q̄b⁹ obūbrantur.et iō dicebatur prestigia v̄suti iur̄:vt.s̄.i⁹ v̄sutum. Hec azo.C.d̄ le.adult̄.et de h̄.xxvi.q.v. nec mirum post vnā columnā vbi dicitur de magorum prestigijs que non sunt vera sed fantastica eē probantur.et prestigium dicitur inuenisse mercurius:vt ibidem tex.

¶ Presumptō s̄m spe. eo.ti. est argumentū ad credēdū vnū factū surgens ex pbatōne alterius vt ex coexistētia vel cōiacētia psonaꝝ suspectaꝝ psumitur coitus.c. lr̄is eo.ti.vbi solus cū sola:nud⁹ tū nuda i eod̄ lecto ex presumptōe violenta pbantur copulari carnalit̄. Sz s̄m Goffre.diffinitur sic. Est alicui⁹ facti dubij:aliquotiēs plena:aliquotiēs semiplena inuestigatō: seu pbatio. Itē presumptio ē quoddaz mediū intellectuale veritatis eliciēde ex circūstātijs insurgēs.exēplū pone in.c.studijs.eo.ti. Illa tñ pbatio nō infert d̄ necessario: qr aliter pōt se res hr̄e nisi sit presumptio iuris, et de iure. Vñ sunt tres spēs presumptionis. Una ē temeraria:q̄ cōsurgit a malis hoib⁹:et ex causis pluribus.alias puerilibus. et suspitōibus leuib⁹ ⁊ h̄ repellit̄. et reprobabil̄ ē.vt.ij.q.i.prio.vi.q.i.oues. de sen.excō.inq̄sitōi. Alia est pbabilis siue verisil̄is.que surgit ex mult̄ causis ⁊ suspitōibus.et hec admittitur ad pbatōem semiplenā:vt de presump.i mult̄ capl̄is.⁊ i c.sollicite de resti.spol̄.vñ coadiuuat ad pbatōem si sint alia coadminacula.c.a nobis qui mat.acc.poss. vbi glo. admittit̄ ēt ad purgationē indicēdā.c.siq̄s.de purga. cano.ij.q.iiij. presbr̄. Tertia est violenta: quia que ad pronūciandum vel condēnandū sufficiēs deputatur.xxxij.q.i.dixit dñs. ff.de his qui sui vel alie.iur.sunt.l.filiū.et c.litteris.d̄ presump. Diffinitiōes presūptionū vide plene in:c.is q̄ desponsa.i glo

ij. vbi de quintuplici ꝓsumptione. Et vi-
de no. per Jo. theoto. l. di. c. ferrū. vbi de di
uersis ꝓsumptionibus. Naz ꝓsumptio
violēta subdistinguit. qz alia uris. alia u-
ris: ꝛ de iure. Juris ē cū ius ꝑsumit aliqd:
ſz nō statuit sup ꝑsumpto. ꝛ illa recipit con
trariā probationem. xxxv. q. iij. extra ordi-
naria. xxvij. q. i. nec aliqua. Juris ꝛ de iure
est cū ius fingit ꝛ statuit de ficto: ꝓtra quā
fictionem nō admittitur ꝓtraria probatio
c. ad id. ꝛ c. is. qui de ſpō. ꝛ de cōdi. appo.
c. per tuas. vbi vide cōcor. multas. Et qua
liter ius fingit. vide gof. in ſum. eo. ti. Nam
differūt ꝓsumptio: ꝛ fictio iuris. de quo.
ē. fictio. Et vna ꝓsumptio tollit aliam. c.
cuz int. R. de elec. vide glo. optimā in. l. nō
est verisimile. ff. q mc. cau. Et no. do. regu
lam q ꝑsumptio cōmunis transfert in ali
um onus probādi. l. gñaliť. §. ſi petitū. ẏ ſi.
ſed cū ex ꝓsumptione. ff. de fideicōmiſ. libe.
Item ꝑsumptio ex neceſſitudine ſanguinis
vincit omnes alias ꝑsumptiones: vt ē glo.
in. c. fi. de ſta. vt ſi lego ludo eſſe. ꝛ ſunt duo
eiuſdē noīs ꝓprij. ꝛ cognoīs. ꝓsumitur
ꝓ illo qui michi neceſſitudine ꝓiungitur
ꝛ quia ꝑsumptio ſurgit ex qualitatib⁹ ſcien
dum q quedā ſunt q̄litates intrinſice ꝛ na
turaliter homīn inherētes. Et hāz quedā
adherent aſe: ꝛ quedā corpori. exemplū de
ꝓmiſs. vt bonitas. malicia. ꝛ in dubio ꝑſu-
mit ur ad bonam partē. qz naturaliť naſci-
mur ſine malicia. ar. c. ad menſam. xi. q. iij.
ꝛ talis ꝑsumptio transfert onus probandi
in aduerſariū. ꝛ ſic intellig. c. vnicū. de ſcru
ti niſi ſemel eſſet cōuictus de malicia. talis
eñ ſemper malus ꝑsumitur. ij. q. v. per to.
ꝛ. c. ſemel. de reg. iur. li. vi. vel ſi eſſet infa-
matus. ſic eñ ad eū transfertur onus pro-
bandi. de ſecūdis: vt ſanitas: infirmitas. ꝛ
iterum in dubio ꝑsumitur in melius. ꝛ ne-
gans ꝓbauit: vt. l. nec codicillus. C. de adi.
niſi q̄s fuiſſet infirm⁹ infirmitate aliqua de
ſua natura ꝓpetua: vt epilēta. vel appople
xia. c. cū int. de elec: vel vbi dubitaret de ꝑ-
petuitate infirmitat⁹: vt in furioſo. ideo qz
allegat ꝓriū dz ꝓbari. iij. q. vi. iudicas. Si-
militer ſi negeť q̄s legitim⁹ ꝓbet negans
c. tranſmiſſa. qui. fi. ſint legit. Secūdo aliq̄
ſunt q̄litates extrīſece ꝛ accītales. vt eē di
uitem iuriſcōſultū. muſicū. medicū: cozau-
lam ꝛc. que nō naturaliter aduenīūt. naz na
tura nō facit partem: ſz beneꝑparat fm bal.
ꝛ in his onus probādi incūbit cuicūq; le-
ganti ad fundandā intētionē ſuā ſiue affir
matiue ſiue negatiue. allegat maxime cum
pars aduerſa fundauit intentionem ſuam
nō tamē ſemp ſuccūbit nō potens ꝓbare
ſic q alter ꝓpť iſtius nō probationē ad-
mittatur ad intentū ſuū. nam adhuc. iudex
ex offō poteſt illum refutare ſi ſibi ꝓſtitent
cuz indignū: ꝛ hoc in cauſa in qua vltra al
legationes ꝓtium iudex pōt iuriſpti officiū
ſuū: ſec⁹ in cā vbi de b̄ non poſſet niſi petit⁹
¶ Preter q̄n capitur excluſiue quando in
cluſiue. vide. c. litteras in fi. de ꝑsump. etiā
vide Inno. in. c. dudum. ij. de elec. ꝛ in cle.
i. de ſum. tri. ꝛ fi. catho. p glo. ꝛ Archi. in. c.
ebzon. xiij. q. i. Jtē Bar. i. l. i. in fi. ff. de pig.
ac. ꝛ per alios. i. l. actione. C. de tranſac. et
in regula poſſi de reg. iur. li. vi. Stat eñ in
cluſiue ꝛ augmentatiue quādo cadit inter
res penitus ſeparatas: vt dicēdo Lego ti-
bi oīa vineas meas ꝓter domū. Sed ſtat
excluſiue quādo cadit inter dictiones ſigni
ficantes res ſibi inuicem contētas: vt lego
tibi oīes libzos meos ꝓter ſalicetos am-
bos Rich. ꝛ Bar. vide de hoc. Albzicuz in
alphabeto ſuo. ꝛ no. i. l. medico. §. vzoz. ff.
de leg. i. Jtē ibi capitur excluſiue. Lego om
nes ſeruos meos ꝓter ſempzoniū. Ratio
qz ſempzonius eximitur de oratione ꝓcce
denti: vt ibi nō includatur. l. namq; §. fi. de
penu. lega. ff. ꝛ ſumitur ratio ex hoc: quia ē
voluntas ꝓferentis declarata eo q alias
b̄ verba ꝓter ſempzoniū nichil operarētur.
ſz ibi ſumit⁹ incluſiue. Lego oēs libzos me
os tali ꝓter ciphū argenteū quez apud eū
depoſui. Rō quia hec volūtas ꝓferentis
ꝛ verba ꝓter ciphū ꝛc. aliter nichil oparē-
tur: niſi incluſiue exponerentur. Item poni
tur q̄nq; conunctiue nō incluſiue: vt ibi de
his ſeruis q̄ ſunt in patrimonio ꝓter decez

BIU Cujas

quos legauit titio lego decem seio: qz sensus est: t decē legauit titio. t sic p legatum factū seio nō reuoco factū titio: t sic intelligе hic cōiunctiue. i. ptinuatiue sicut fit continuatio p dictionem t qñ cōtinuat orationes: Nam in predictis legatis t titius t seius non sunt coniuncti coniunctione que facit vnum corpus: de qua in. l. re communi. ff. dele. ij. t ideo si in patrimonio essent tm̃ xv. serui. t titius haberet decē seius tm̃ v. l. ū ita legatus. ff. dele. i. Et est ratio quare significat sic ipsa voluntas proferentis declarata ex cōiectura qđ testatoꝛ. nō vult reuocare nisi expꝛessius apperet. Si enim hoc casu poneꝛet inclusiue: tunc seyus haberet. x. legata titio t cū hoc alia sibi legata. s. seruos in patrimonio existentes: t per hoc esset reuocatum legatū titij: quod non est dicendū. Item ibi cū papa dicit dispenso tecum vt alia beneficia p̄ter obtenta possis obtinere: ꝓponitur etiam cōtinuatiue sine cōiunctiue. Naz sensus est: talia obtinеas cū obtentis: t super istis tentis dispenso ita q obtēta nō includuntur in dispensatione: vt in. c. duduz de elec. qz hoc nō videtur de voluntate proferentis nisi expꝛessius declaretur eo q dispēsatio in casib⁹ odiosa semp restringitur. Itē exclusiue nō excepti ue pontē p sine: vt ibi p̄ter spez. i. sine spe. t sic dī. dilatio danda est illi q̃ p̄ter spem tra hitur ad alienū iudicem. l. si qñ. C. de dila. ibi eñ nō ponitur exceptiue nec inclusiue: qz oratio illa hoc non patitur. t sic tantuz ponitur exclusiue. t sic de alijs.

¶ Preterire ē testatoꝛem omittere aliquē qui suus heres est eo nō instituto sine eo exheredato vt habuistis. s̄. de heredibus.

¶ Preteritio dī talis omissio, vel exheredatio ꝑz Azo. i sū. C. de libe. p̄te. vel ex hec. instī. ō hec. q̃ ab itestat defer. §. cadē. vt. s̄

¶ Pretor est q̃ in vrbe romana iudicio senatus ad dissipandū vel deceptandū dubios actus t causas ordinabat. Et erat ius officiū ánnuū vel annuale: qz solo āno durabat. Et anteq̄ a populo romano ad p̄ncipē trāslata fuisset potestas vel anteq̄ romana potestas sub ip̄atoꝛe veniret habuit potestatem plenā faciendi ius t statuta et edicta. cuius edicta iuris oneraꝛij noie censent: quia huiusmodi honoꝛe auctoꝛitate pollebant: vt. C. de offi. pꝛeto. l. i. t. instī. de iur. na. gen. t ciui. §. pꝛetoꝛū quoq; edicta: t no. in. l. certū. C. vnde legit. q̄ p̄toꝛ viuus potius debet sequi pꝛetoꝛem mortuū q̄ ius ciuile.

¶ Pretoꝛ fideicōmissaꝛi⁹. dicebaꝫ ille qui fideicōmissis relictis cognoscebat t ius dicebat t reddebat dicēs: ius dabo. ff. ō oꝛi. iur. l. necessarium.

¶ Pretoꝛ peregrinus dicebatur ille q̃ inter peregrinos qui in ciuitate affluebāt vl confluebantur ius reddebat.

¶ Pretoꝛ vrbanus dicebatur qui cum cōsules ad bella finitima alias vicina vocaꝛentur ius neceſſariuz in ciuitate reddebat ff. de oꝛi. iuris. l. ij. ꝑlle:

¶ Pretoꝛiū est loc⁹ in quo ius ex moze redditur etiā dī loc⁹ in quo quis p̄fecturā exercet cū suis officialibus: t cām tractare solet. Item ē dom⁹ p̄sidis, puncie assignata: t locus deputat⁹ iudicibus ad cognoscendum t deputandum vel ad sententiādū de causis.

¶ Pretoꝛiū vt in ti. de offi. pꝛeto. ff.

¶ Pretoꝛium dignus dicitur illud qđ alicui datur a iudice:

